





PC
9369



TRACTATVS
DE MODO
GRANDI, ET <sup>Cott. de
Comp. 220</sup>_{No Paraiz.}
MEDITANDI.

AD NOVITIORVM
exercitium editus.


AD INSTANTIAM
fratris Feliciani Coelho Doctoris
Conimbricensis, & Abbatis Mo-
nasterij Deipara ab exilio,
Cisterciensis Ordinis, ci-
uitatis Vlyssipo-
nen sis.

Cum facultate Superiorum.

VLYSSIPONE.

Apud Petru Craesbeeck Re-
gium typographu, año 624.





FACVLTATES.

Vidimus tractatum istū
de oratione; est satis cō-
formis iis quae trahuntur à
SS. Patribus, & coniēplatiuis
viris: proindeq; ut valde fru-
etuosum, & dignū iudicamus
qui typismādetur. Olyippo-
ne in Conuentu S. Domini-
ci, die 28. Iulij 1624.

Fr. Thomas de S. Domí-
nico Magister.

F. António de Sequeira.

Vista a aprouaçāo dos Reue-
rendos Padres Mestres, pode-
se imprimir.

Bispo Inquisidor Geral.

Podesse imprimir este tra-
zado, Lisboa 2. de Agosto
de 1624.

Damiaõ Viegas.

Podesse imprimir este tra-
zado, & não correrá sem
primeiro tornar a esta mesa
para se taixar. Lisboa 13. de
Agosto de 1624.

Moniz. Araujo.
D. de Mello.

CHARISSTI-
MIS FRA RI-
DOS, nouitijis, ac profes-
sis iunioribus Ordinis
Cisterciensis, nostræ Cō
gregationis Sanctæ Ma-
riæ de Alcobatia
huius Lusita-
niæ Reg-
ni.

FRATER FELICIA-
nus Coelho Doctor Conim-
bricensis Abbas Monaste-
rij Deiparae in Ægyptum
exulis Ciuitatis Vlysip-
ponensis offert.



A Nostissimus
Mediolani præ
fus[u] S. E[st] 1
dinalis Carolus

Borromæus, qu[o]d a si vnū
de paradisi fluminibus,
verissime flumen Dei
repletum est aquis, Spi-
rito Sancto repletum,
ac locupletatum ab eodē
spiritualis infusionis im-
bre. Vnde, & verbo, &
exemplo fluenta gratiæ
propinauit in populos,
& parauit cibum illorū.
Atq[ue] ex ipsa diuinæ pie-
tatis

tatis prouidentia, ita est
præparatio eius, & ipse
beatissimus Carolus, tā-
quam perenīs fluuius in
riuos diriuatus, & riuos
inebrians, plures ē disci-
pulis (quos sc̄rē omnes
sancta Romana Ecclesia
in præcipuos sui regimi-
nis ministros elegit) de-
uetionis, ministetij, ac
magisterij sui reliquerit
successores. Vnus igitur
ex præcipuis tanti præ-
ceptoris discipulus, talis-
què scholæ magister hu-


iusmodi de modo orādi,
& contemplandi opuscu-
lum cōposuit. Hoc ego
ut primum vidi, & legi,
& perlegi, prælo cōmit-
tere decreui: quod deuo-
tissima Autoris permis-
sit charitas: tacito tamē
cius nomine : sic enim
modestissima ipsius hu-
militas imperauit. Illud
autē in gratiam præser-
tim ædificationis vestræ
imprimi feci, charissimi
fratres, ac cōmilitones
mei, qui abrenuntiantes
pro-

proprijs voluntatibus
Dño Christo Rege vero
militari sedetiae for-
tissima, ac præclara ar-
ma assumitis. Cū enim
prima, ac præcipua san-
& tissimi Patris, ac legisla-
toris nostri Benedicti
nos hortetur admonitio,
ut quidquid agendū in-
choamns bonum, à Dño
perfici instatissima ora-
tione deoscamus: quod
& ipse sæpè aliás in regu-
la cōmendat, & nostræ
cōstitutiones præscribūt
&

& vos à magistris vestris
assidua instruzione do-
cemini, & ~~paradise~~
exercitatione, eme, at-
qué iterum experimini;
quid vobis utilius, quid
honestius, quid iucun-
dius offerre possem, quā
orandi, ac cōtemplandi
modum? Non aliter cer-
té, quām si philosophiæ
tironibus modum disse-
rendi, ac sciendi philoso-
phus offerrem. Accipite
igitur à me gratanter,
amantissimi, istam dile-
ctio

& ionis meæ diligentia;
atq; hoc deuotioris opus
excipite, & efficaciter cō-
plete. Memores interim
& maximi eius benefi-
cij, & minimi obsequij
mei in vestris orationi-
bus apud Deum, orate,
contemplamini, Valete.





T A B V L A H V I V S
Tractatus.

I.

Quid sit oratio, & quatuor
plex. fol. 1.

Cap. II.

Quām necessaria sit oratio men-
talis. fol. 3.

Cap. III.

Respondetur difficultatibus in
hac materia occurrentibus.
fol. 7. vers.

Cap. IIII.

Proponuntur quedam media ad
orationis studium maiore cum
fer-

feruore suscipiendum. iii

Cap. V.

Cum oratione ~~et~~ ^{ad} mortificationem. 15

Cap. VI.

Praxis faciendi orationem mensalem. 18.

Cap. VII.

Quam viam quilibet in exercitio orationis, seu meditationis tenere debeat. 24.

Cap. VIII.

Modus in meditando obseruādus.
fol. 26,

Cap. IX.

Exempla

Exempla meditationum 30

Cap. X.

*De exercitio rationem meū
talem faciendo, & de fructu
ex illa colligendo, 61. vers.*

Cap. XI.

*Modus pugnandi contra distra-
ctiones meditationem impedi-
tes. 64. vers.*

Cap. XII.

*De orationibus iaculatorijs, seu
tertio orationis genere. 71 .*

Cap. XIII.

*De presentia Dei, & utilitate huius
ius exercitij. 74.*

Cap.

Cap. XIV:
Qua in consistat hoc exerci-
tium.

Cap. XV.

Quid communicaturus, Missam
rē lecturus, vel auditurus fa-
cere debens. fol. 82.



TRACTATVS

DE MODO ORAN-

ti-
editandi.

CAPVT I.

*Quid sit oratio & quo-
tuplex.*

 Ratio est mentis
in Deum eleuatio,
estque duplex, vo-
calis, & mentalis.

De vocali, qua iure merito fre-
quenter utimur, quæque etiā
communis est, & publica, san-
cteque ab Ecclesia pro bene-
ficio populi, ut cum ministris

A Eccle-

De modo orandi

Ecclesie in orando concordet, iniuncta, non est nobis hic sermo, ut de mentali, ut quæ exceptum vocalem perficiat. Nam vocalis dirigitur ad mentalem, non contra: non enim respicit Deus verba deprecantis, sed cor illius, quia cum oratio si mentis in Deum eleuatio, nec à Deo exauditur, nec bene fit, nisi cordis facta elevatione. Hinc dicitur quod nisi cor eret, in vanum lingua labore, hinc & Anna Samuelis mater orabat: Ut penitus non audiretur vox, & votum compos factum, & multi immotis.

i. Reg i.

motis labijs solo corde, Cla
mauerunt ad Deum, & e[st] adiuit
eos: è contra alij voc. magna

Thren.

2.

tamen à
Deo obtinuerunt. Porò ora-
tio mentalis de qua hic præci-
pue træctamus, est operatio
trium potentiarū animæ, me-
moriæ, intellectus, & volunta-
tis, qua ipsarura actus circa
veritatem & mysteria per fi-
dem Catholicam nobis pro-
posita & edocita exercentur,
quaque discimus cum Deo
familiariter loqui intra nos-
metipos, petentes ab ipso do-
na & gratiam, ut salutem per-
fectionemque nostram redde-

*De modo orandi
operari possimus.*

Tu verò sunt genera ora-
tionis mentalis, vna est extra-
ordinaria, nō
mis, & specialissima , à S.Pa-
tribus vocata diuinā, & plus-
quam humana scientia, vt cū
ex abundātia deuotionis, mēs
ita eleuatur, & accenditur, vt
cum ad Deum se conuerterit
præ amoris erga illum magni-
tudine etiam petitionis suæ
obliuiscatur. Verum de hac
non hic agitur , quia est po-
tius perfectorum quam inci-
pientium, quibus hic loqui-
mur. Altera est ordinaria, quæ
consistit in exercitio cōtritum pō-

tentiarum animæ , & de hac
tractabimus hic. Tertia est
~~exercitium nostrum~~ Dei per
orationes iacularorias , de
quo infra.

C A P V T II.

*Quam necessaria sit oratio
mentalis.*

Si homo nō studuerit cog-
noscere miseriam & debi-
litem suam in ijsque perpé-
dendis non se exercuerit, nun-
quam in via Domini progres-
sum faciet, nunquam in ora-
tione sciet petere id, quod si-
bi necessarium, aut conueniens

A 3 fuerit,

De modo orandi

fuerint aut saltem id ipsum nō
faciet cum debito fervore ac
zelo. Hinc ~~in nos cognoscere~~
noscentes semetip̄ os, nec de-
fectus proprios insipientes
misere delusi, de semet præ-
sumunt, quæ non præsumerent
si se cognoscerent.

Quare necessaria est tum
meditatio, quia monstrat quid
desit, tum oratio, quia impe-
trat, nec desit: deinde medi-
tatio detegit pericula caden-
di in peccata, quibus expositi
sumus, oratio impetrat, ut ea
euitare possimus. hinc Psal-
mista ait: *Beatus vir qui in le-
ge Domini meditatur die ac-*

nocte. Et S. Augustinus. Intel-
lectus cogitabandus est prin-
cipium omnis honi. nam in-
de nascitur cognitio sui ip-
sius, & illud, *Nosce te ipsam,*
quod tanti fecere ipsi genti-
les philosophi. Qui enim be-
ne considerauerit suas miser-
rias, malas inclinationes, &
peccata, se humiliabit, ac des-
piciet, considerans quā male
Deo seruiuerit quamq; gra-
uiter eūdem offenderit: item
cōfitebitur se qualibet castiga-
tione, & aduersitate dignū ta-
liq; cōsideratione animā suā
ā peccatis expurgabit, & virtu-
tibus replebit hinc psal. rogat

De modo orandi

Deum: Da mihi intellectum, &
scrutabor legem tuam, & custo-
diam illam, in toto corde meo.

Contra qui inimicis lanata
exercitium non frequentat,
licet alioquin bona habeat ta-
lentia, periculum grande in-
currit perdendi se iuxta psal-
mistam: *Nisi quod lex tua medi-
tatio mea est, tunc forte perirem
in humilitate mea.*

Psal.
118.

Jer. 32.

De huius exercitij omissione
conqueritur Ieremias pro-
phet: *Desolata est omnis terra,*
quia non est qui recogitet corde.
nec sine ratione. Quis enim
vel vnum peccatum mortale
admittere auderet, si conside-
raret

& meditandi. 5

rarer tantam eius esse gtauitatem, vt opus fuerit Deum natum induere in anā, mortuusque acerbissimam pati, vt satissaceret pro eo? Et quis se peccato obstringere audieret, qui petpenderet sedulo proximo solo peccato mortali æternas in inferno pœnas sustinendas, iuxta illud: *Discidite a me maledicti in ignem aeternum.*

Hinc merito S. Thomas A Matt.
quinas ait; se intelligere non posse , aut capere quomodo homo in peccato mortali constitutus ridere possit, aut hilarius existere, cum non sit certus se vel per momentū vietiū.

Magni

De modo orandi

Magis itaque pondetis est
meditatio, multumque Chri-
stiano homini maxime reli-
gioso necessaria, ut quæ oculi
los aperiat, & quomodo res
quælibet sese habeat, manife-
stet, & medium sit ad finem
nostrum, qui est beatitudo æ-
terna, consequendum aptissi-
mum. Nam uti medici sin-
gulis ferè morbis corporali-
bus particularia norunt ad-
hibere medicamenta, sic &
meditatio, teste Theodore-
to, contra singulas infirmita-
tes spirituales suggerit reme-
dia. quo sit ut illis sanatis,
passionibus domitis imper-
fe-

fectionibus superatis nihil sit
quod nos in via ad cælestem
paria.

Hæc autem meditatio ma-
xime necessaria est religiosis,
ut dictum est, quia is, ut di-
cere solebat Ioannes Abbas,
similis esse debet homini ha-
benti à sinistra ignem, & à
dextra aquam, ut nempe, si
ignis malæ cogitationis suc-
census fuerit, ad manum ha-

bear orationis, ac medi-
tationis aquam ad
eum extinguen-
dum subi-
to.

In vitis
Patrū.
l.3.n.

209.

Cap.

De modo orandi

CAPVT. III.

*Respondet
ficultatibus in hac mate-
ria occurrentibus.*

DVæ sunt difficultates cū
hoc exercitio quasi con-
iunctæ, quæ multos ab codē
deterrete solent. i. Est mor-
tificatio corporis per pœnitē-
tias. & asperitates à seruis Dei
etiam olim adhibitas, vt ani-
mæ illud subjiciatur. Hic nō-
nulli se excusant dicentes se
non posse iejunare, pedibus
nudis incedere, disciplinas seu
flagellationes, aut similes alpe-
rita

ritates adhibere ob corporis,
& complexionis sua debili-
tatem.

Reflexione, nec leui qui
in virtutibus viaque Domini
progressum facere desiderat
necessaria sit mortificatio: ut
rumtamen esse quod, ut non
omnes easdem habent corpo-
ris vites, & constitutionē, ita
nec easdem habeant à Deo
gratias, adeo ut nec possint,
nec debeant eandem omnes
in hisce exercitijs regulā mo-
dumque obseruare, cum ex
præcepto Spiritus sancti, Ra-
tionabile esse debeat obsequium
nostrum.

Vult

De modo orandi

Vult quidem Deus ut nos

Col. 3. mortificemus, non tamē vult
ut nos occidamus, atq; hinc
nemo debet au~~ne~~ter*re* in
cio deterreri, cum id non exi-
gat, vt quicquam supra vires
nostras aggrediamur. Sed prae-
ter hāc carnis, est & alia mor-
tificatio, sp̄itus scilicet &
potentiarum nostratum, ex
qua non minor ab ijs qui se
in ea exercitauerint, colli-
gi potest fructus, quam ex
praecidenti, quæ est corpo-
ris.

Imo hoc habet commo-
di, vt tam ab insimis quam

à

à fânis, tam à iuuenibas, quâ
à senibus, tam à familiis, quâ
à viris exercesti possit. Nam
mett quis praetexat, se ob cor
polis imbecillitatem non pos-
se carnem suam duris flagel-
lis, longisque ieunijs, aut a-
lijs asperitatibus mortifica-
re: non tamen habebit cau-
sam excusandi se quominus
animam mortificet, eamque
Deo obedientem, ac debite
subjectam reddat, quia ne-
mo dicere potest se diuina
gratia adiutum non posse vin-
cere voluntatem propriam,
iram, superbiam, cæterasque
ani-

De modo orandi
animi passiones, nec gulam,
linguam, aliorumque sensuum
organa cohibere, & hanc gra-
tiam qui que tenet petere.
Ier. i. Deo (qui dat omnibus afflu-
ter) & se in his spiritualibus
mortificationibus exercere.
Vnde hoc exercitium non im-
ponit nouam legem onus, aut
obligationem faciendi quic-
quam quod non aliunde era-
mus obligati facere.

Quod si quis pro vitili sua
fecerit, quæ potest in oratio-
nis studio multum proficiet
Dei adiutus gratia, sine qua
nihil potest Refertur in vitis
Patrium, quod Abbas Lot di-
xerit

xeret Abbari Stephano: Abba
secundum virtutem meam fa Lib. 5.
cio modicam regulam, & par. n, 8.
uum ieiunium, & orationem.
& meditationem, & secundū
virtutem meam studeo. pur-
gare cogitationes meas, quid
ergo facere debeo de cætero?
Surgens senex expandit ma-
nus suas in cælū, & facti sunt
digiti eius tanquam lampa-
des ignis, & dixit ei si vis effi-
ci eris totus sicut ignis:

Altera obiectio fit à qui-
busdam assertoribus se non
esse aptos ad hoc exercitium
eo quod non dederint ope-
ram litteris ideoque nesciant

B. dilat.

*De modo orandi
dilatare materias.*

Sed hi nō intelligunt exercitium hoc potius consistere in voluntate, quam in intellectu, speculacione, aut discursu adeo, ut quiuis etiam ignorantissimus, & stupidissimus in hoc se exerceat possit cum fructu & facilitate. Imo non raro idiotæ melius meditantur quam litterati, quia magis exercent affectum voluntatis, unde psalmista ait. *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam?* Quærunt Doctores, cur sibi potius pennas columbae humi, quam aquilæ, aut alterius avis

Pſ. 54.

& meditandi. 10

auis sublime volantis optaue
rit? Et respondēt ad bene me
ditandum ~~m̄ḡ~~ fruite alas
columbinas, & simplices, quā
aquilinas, hoc est ingenia alta
& sublimia. Nam si perpende
tis solum, quod Deus factus
sit homo, natus in præsepio,
moituus in cruce, accēdetur
in te amotis ignis erga ipsū. &
desideriū humiliandi, & mor
tificādi te proipso, vtiipse fecit
pro te, & hac sola cōsideratio
ne traduces horā meditationis,
& nemo est, qui similē nō
possit instituere meditationē.

De S. Francisco legitur,
quod totas noctes cōsumebat

B 2 facie

De modo orandi:

facie in cælum eleuata, & cum
lachrymis frequenter repetē-
do verba. **Deus meus & om-
nia.** S. Macarius interrogatus
quomodo orandum esset, res-
pondit, non opus esse multū
loqui in oratione, sed exten-
dere manus frequenter ac di-
cere : Domine sicut vis, & scis,
miserere mei, vel instante bel-
lo: Deus adiuua me. Ille enim
nouit quid expediat nobis.

Præterea cum tota vis ora-
tionis consistat in mouendis
affectionibus ijsque tam ab indo-
ctis quam a doctis moueri,
& excitari possint, utrique se
in oratione tam mentali, quā-

vocali vtiliter exercere que-
unt. Nam licet verba subinde
vt in psalmis contingit, aut
sensum non intelligant, mul-
tum tamen prosunt ad effe-
ctus amoris Dei, & odij pec-
catorum excitandos.

C A P V T III.

Proponūtur quādam media
ad orationis studium ma-
iore cum fervere sus-
cipiendum.

Ad disponendam animā
vt fervere ac liben-
ter orationis studium aggre-
dia.

De modo orandi

diatur, plurimum iuuat ardēs
desiderium proficiendi, & vir-
tutes acquirendi. Dicit enim

ser. I. in S. Ambrosius, Deo ita gra-

Pia 118. rum esse desiderium proficiē-
di in virtutibus. ut qui eo ac-
census fuerit, daret bonis, ac
gratijs replete. Esurientes im-

Luc. 2. pleuit bonis: animam esurientem

Ps. 106. satiauit bonis. Danielis oratio-

Dan. nes exauditæ sunt, Quia vir-

20. desideriorum erat. Zachæus desi-

Luc. 19. derauit videre Iesum. Et Iesus

non invicatus in domum e-

Sap. 6. ius intrat: Sapientia fons om-

nis boni, facile videtur ab his

qui diligent eam, & inueni-

tur ab his, qui querunt eam:

Pia-

De modo orandi

Praoccupat, qui se concupiscunt.
Eccl. Qui de luce vigilauerit ad
illam, non laborabit; assiden-
tem enim illam foribus suis in-
ueniet. Cogitare ergo de illo, il-
lam desiderare & esurire, Est
sensus consummatus. Christus
Dominus ait Ego sipienti dabo
de fonte aqua vite gratis. Verum
haec bona desideria opere sunt
complenda: non enim suffi-
cit, quod velle adiaceat no-
bis, sed Dei gratia adiuti, ac
lumine illustrati inuenire de-
bemus, ut re ipsa bonum per-
ficiamus, quod desiderau-
mus, alioquin videbimus non
voluntatem habuisse, sed tan-

Apoc.
21.

De modo orandi

tum velleitatem quandam de
Prouer. qua dicitur. Vult & non vult
13. piger: & rursum desideria occidunt
pigrum, noluerunt enim quicquā
Prom. manus eius operari; tota die con-
21. cupiscit, & desiderat. Et sic ut som-
niat esuriens, & comedit, cum au-
tem fuerit exasperatus; vacua est
Isa. 29. anima eius. Idem contingit
illis qui bona habent deside-
ria, & multa in oratione se fa-
cturos promittunt, verum
postea oblata occasione, nihil
eorum præstant, imo saepe e-
tiam contraria faciunt, cuius
rei causa est, quod eorum de-
sideria non vera ac letia fue-
rint, sed quasi somnia.

Alij tales assimilant militibus pictis, qui mucronem quidem contra hostem evaginatum tenent, sed nemine feriunt.

Isaias comparat illas mulier*197.*
ri parturienti, quæ nunquam parit. Venerunt filij usque ad partum, & virtus non est pariendi.
Et s. Hieronymus in illa verba: Væ prægnantibus, & nutrien*Mott.*
tibus, dicit: Væ illis animabus,²⁴⁸ quæ non perduxerunt sua genimina in virum perfectum. Demū
vti Absalon ex pulchris suis capillis suis suspensus hæsit,^{2. Reg.}
& mortuus est, ita illi cum bo*18.*
nis suis cogitationibus, & vel
leita-

De modo orandi

Iicitatibus mortem s^epe sub-
eunt æternam. Ut enim cælū
operibus ~~bonis~~, ita infernus
plenus est bonis desiderijs.

Quare nitendum oſt sum
mis viiib⁹, vt desideria no-
stra effectui demus, & obſer-
uandum id, quod monet Phi-
losophus: *Age quod agis, &*
quod monuit Isaias: Si queritis
querite. Quem locum D. Ber-
nardus explicans ait deside-
ria, & affectus nostros effica-
ces & veros esse debere, vt sol-
liciti coram Deo ambulare probe-
mur, & vt gustemus bona, &
spiritus consolationes; id ubi-
*facere cæperimus, magis fer-*uenres, ac atdentes erimus, vt**

If. 21.

Mich. 6

nouas acquiramus gratias, ma-
ioremq; faciamus progressū.
Nam qui edūt me adhuc esuriēt,
& qui bibunt me adhuc sitient. Ectl.
Nā hoc est discriminis inter 248
mundanas, & spirituales deli-
cias, quod illæ magno cū desi-
derio appetātur, & habitus ubi
vile sciant: hæ verò vix appe-
tatur, sed ubi gustatæ fuerint,
appetitū magis ac magis exci-
tēt, ne cūnquā nauseam, aut fa-
stidiū generent. Vnde psalmi Psal. 33
sta, Gustate & videte, quoniam sua-
nis est Dñs, quasi diceret, si scire
velitis, quāta dulcedine deli-
butus sit Dominus , gustate
cum, ac probabitis nihil in
mundo

De modo orandi

mundo esse, quod cum Deo
comparatum, non despiciat,
ac insulsum videatur quēad-
modum cæteri cibi post mel
gustatum, insipidi iudicātur.

Quapropter magno cū fer-
uore, ac zelo quisque sese in-
oratione, ac Dei seruitio exer-
cere debet simulque cogita-
re, quod iustus nunquam arbi-
Philip. tretur se comprehendisse. nunquā
3. dicat, satis esse, semper esuriat
Matt. & sitiāt iustitiam ampliorem,
5. semper contendat, Ut iustifice-
tetur adhuc. Legi potest S. Ber-
Apoc. nardus, qui inter cætera ait,
2. de S. nullum esse certius testimoniū
Andrea præsentia Dei quā desi-
deūtūm

& meditandi. 15.

derium gratiæ amplioris.

CAPUT V.

Cum oratione coniungenda
esse mortificationem.

V T magni in vita spiritua-
li progressus fiant, ora-
tioni coniungenda est morti-
ficatione, teste S. Bernardo in il-
la verba Cantici: Quæ est ista:
quæ ascendit per desertum sicut
virgula fumi ex aromatibus myr-
rhæ, & iheris. ubi ait thus &
myrrham, quibus oratio, &
mortificatio designatur, odo-
rem magnum edituta si con-
iungantur, paruum, aut nullū:

Si.

De modo orandi

si separata fuerint. Nā si quis mortificet carnem, & orationi non incumbat, qua se humiliet, in superbiam erigetur, minimeque Deo placebit, ut qui potius labiorū vitulis, hoc est orationibus, quā carnis sacrificijs delectetur, ut patet ex illo: *Nūquid manducabo carnes tauro rū, aut sanguinē hircorū potabo?*

Cōtra si quis mortificatio ne neglecta soli orationi incumbat, audiet, quod dicitur in Euangeliō. *Quid vocatis me* Dñe Dñe, & non facitis, quæ dico vobis? Dicit S Augus. duo fuisse altaria in templo Salomonis, de tēp. vnū int̄ sancta Sanctotū, in quo incensum, & aromata cō

Ojee.

14.

Ps. 49.

Luc. 6.

Ser.

253.

de tēp.

burebantur, aliud extra, vbi
occidebantur animalia factisi
canda, idque ut nobis insinua
retur mortificatione, & oratio
nē quasi duas sorores in téplo
nostro coniunctas semper esse
debere; cuius rei ratio est,
quia Deus templū animæ nō
stræ ingredi nō vult, nisi in eo
pacē inueniat (*Factus est in pace*
locus eius) pacē autem nō repe
riet ibi, nisi inordinatis passio
nibus, & appetitibus per mor
tificationē lopitis, aut expulsis
Hinc Paphnutius Abbas ora
tionem eius, qui non ducit vi
tam honestam, & temperatē,
comparabat cum spicis va
cuis, figuram quidem solit

Ps.75:

dē modo orandi

tam habentibus, sed alimēto-
carētibus. Alter dicebat quod
quemadmodum nemo faciē-
suā in aqua turbida cōtēplari
potest, sic nec anima perfecte
Deum possit orare, nisi à co-
gitationibus alienis fuerit ex-
purgata, Inter documenta,
quæ dedit Barlaam Iosaphat
apud Damascenum, vñū est,
quod anima à prauis affecti-
bus, inimicitia rācore, ita pur-
ganda sit instar speculi, ut pre-
ces nostræ ad Deum in subli-
me ferantur. Hoc ipsi genti-
les philosophi intellecerunt,
dum fassi sunt animam no-
stram quiescendo fieri sapien-
tio.

tiorem, nimirum mortificatis
passionibus, quæ alioquin pa-
cē internam rurbant, & ho-
minē ratione & iudicio quasi
priuant, ut patet, in irato, &
frenetico, nulloq; modo per-
mittunt, ut orationi, aut medi-
tationi rectè iucumbamus.

At qui passiones mortifica-
uerit, in oratione feruens erit
fructūq; ex ea percipiet, & qua-
si beatus mūndo corde Deū videbit. Matt. 5

Atq; hæc omnia ferri simi-
litudine declarari possunt. Ex
eo enim, ut opus aliquod fieri,
non sufficit, quod igne sit
mortificatum, ac emollitum,
sed & malleo tundi debet:

C ita

de modo orandi,
ita etiam non satis est, quod
cor nostrum orationis igne
ferueat, & accensum sit, sed
& mortificationis malleo op⁹
est, ut elaboretur.

Quare qui volunt oratio-
ni incumbere, & in vita spiri-
tuali progressus facere, se mor-
tificare debent, dicente & S:
Hieronymo: *Tantum proficies,*
quancam tibi ipsi vim intuleris.

Iob 28. nam sapientia non inuenitur in
terra suauiter viuentium. Qui
etgo scire voluerit quos in
via Domini progressus fecerit
examinet, quot passiones do-
mu erit, quas virtutes acqui-
suerit, &c.

CAPVT

CAP V T VI.

Praxis faciendi orationem
mentalem.

Qatuor necessaria sunt
ad orationem menta-
lem bene faciendam. 1. Fides
viua, ut Deus nos adiuuet.
Nam, vt dicit Isaias, Si non
credideritis, non intelligetis, vt *Isai. 7:*
habet alia lectio. 2. Ut me-
ditans intellectu discurrat, &
perpendat mysterij propositi
veritatē, proprietatē, effecta,
aliasq; circumstantias, easquē

C 2 volun

de modo orandi

voluntati proponat ab ea suscipiendas, & per actus suos exercendas. 3. ut voluntas libera varios affectus, actusq; virtutum eliciat, ex eo, quod iam meditatus est intellectus vti peccatorum propriorum detestatione, misericordie cognitionem, amorem Dei, spem veniae, gratiarum actionem pro acceptis beneficijs, desiderium amplexandi virtutes, propositum mutandi vitam, resignationem sui in manus Dei, similesq; actus, qui fieri debent cum magno affectu voluntatis iam motæ, & in hoc consistit propriè denotione medita-

meditationis, & fructus.

4. ut faciat petitiones ad Deum, cum eo ~~in~~ instituat colloquia circà res sibi necessarias. In hoc puncto præcipue sita est oratio, quæ est humilis petitio cum fiducia impetrandi à Deo res desideratas.

Hæ petitiones subinde diriguntur ad patrem, subinde ad Filium, subinde ad Spīritū sanctum, aliquando etiā ad sanctissimam Trinitatem, adiectis rationibus magis efficacibus ad permouendum Deum, ut nobis gratiam pettam concedat.

Petitionum rationes præci-

C3 puæ

de modo orandi,

puæ tres esse debent. I. Ex parte Dei sumenda, ut per ipsius bonitatē per amorē erga nos, per desideriū nostrā salutis, per omnipotētiā ipsius, & sancti nominis gloriā, perqué similia Dei attributa, & perfectiones, ex quibus Catalogus seu litania quedā cōfici potest

Altera ratio sumitur ex parte Iesu Christi, ut cū rogamus per incarnationē, nativitatē, passionē, resurrectionē, similiaq; Christi Dñi mysteria, virtutēq; actiones, itē per dolores pro nobis perpetuos. Subinde & nos cōuertemus ad Spiritū Sanctūq; per sapientiā suā, amorem,

rem, aliaquè attributa, ex quibus similitér litanie confici potest, inuocabimus.

Tertia ratio constituenda in miseria, & necessitate nostra, quam Deo aperiemus, ut mendici faciunt denudantes vulnera sua, ut eleemosynam eliciant, & corā Christo Dominō allegabimns, vt ife-
cit Dauid, quod concepti si-
mus in peccatis, quodq; à for Ps. 50.
tissimis inimicis, & passioni-
bus terribilibus impugnemur
grauissimis occasionibus, &
periculis expositi, quòd simus
creatarē eius, nihil facere possi-
mus sine illo, diabolus nos per-

de modo orandi

sequatur ut perdat , idèquē
spectet ad suam diuinam ma-
iestatem defendere, & succur-
rere nobis.

Hic etiam poterimus face-
re catalogum nostrorum gra-
uiorum peccatorum, ea cum
dolore exaggerantes. Nam
quo id magis fecerimus , eò
magis Deum ad misericor-
diam commouebimus.

Hæ rationes coniungi, ac
miseri debent, perq; eas cū
magna fiducia petendæ sunt
gratiæ Nam vt dicit S. Augu-
stinus, non mādaret Deus no-
bis toties, vt peteremus gra-
tias, si eas nobis dare nollet.

Posthæc

Posthæc in præsentia Dei
constituti ipsum rogare debe-
mus, & quasi cōjurate, ut nos
audiat, & exaudiat, & posteā
ei gratias agere pro fauoribus
præstatis, ab eoq; ulterius pe-
tere, ut nos ad alios recipien-
dos idoneos, & aptos redde-
re dignetur; alias si cogitatio-
nibus simus distracti parūm
proficicimus. In vitis Patrū
lib's tit.12.n.14. conquereba-
tur cum Abbatē Pater, quod
non plueret, licetq; fierent ea
de causa orationes ad Deum
quod non audirentur: Respō-
pondit Abbas: Dubito an
vos attentē oretis, at tunc

C 5 dixit

de modo orandi,
dixit: Faciamus simul orationem, & simul ac extendit manus ad co~~cum~~, statim descendit pluua.

Notandum tamen quatuor requiri conditiones, ut oratio nostra exaudiatur. 1. ut sit pia: hoc est, cum recta fides spe, & charitate fiat. 2. ut perseverantiter fiat. Sine intermis-

Theß: sione orate: qui perseverauerit vlt. pulsans ei aperietur. 3. Ut *Luc. ii.* quisquè pro se oret: Si quid petieries in nomine meo, dabit vobis: in quem locum S. Augustinus: Exaudiuntur sancti pro se ipsis, non autem pro omnibus, &c. quia ut cumq; nō dictum est,

est, Dabit, sed dabit vobis. 4.

Vt petantur ea quæ ad salutem
æternam, & ultimum finem
consequendum faciunt, non
autem res temporales, nisi cō
ditionaliter. Si quid petieri
zis in nomine meo. Vbi S.

August. non petitut in nomi
ne Saluatoris, quicquid peti
tur contra rationem salutis.

Hę conditiones si defint, pe
timus, & non accipimus eo quod Iac. 4.
male petamus, & periculum su
bimus, nè nobis respondeatur
idem, quod filijs Zebedæi: Mat. 10
Nescitis quid petatis, imò non Ps. 108
raro, oratio nostra conuertitur in
peccatum.

Quare

de modo orandi,

Quare in orando, petendoq;
seqai debemus doctrinam
Christi Domini traditam præ
cipue cap. 6. Matth. cum di-
xit: *Cum oraueritis ne sitis sicut*
Hypocrite, qui amant in synago-
gis, & angulis platearum stantes
orare, ut videatur ab hominibus:
tu autem cum oraueris intra cu-
biculum tuum, & clause ostio ora-
patrem tuum in abscondito, &c.
Item, orantes nolite multum
loqui, sicut Ethnici faciunt.
Putant enim quod in multilo-
quio suo exaudiantur: Quem
modum in orando seruandū
docent.

Quod si quis existimet se
supra-

supradicta in otando obser-
uasse, & tamen non exaudi-
tum, ne animum propterea
despondeat, quia Deus subin-
de petentibus negat, vel dare
differt, quod petunt, vel ut glo-
riam suam magis manifestet,
ut contingit in martyribus,
& alijs angustiatis, vel ut me-
lius quid illis det, ut cuius bo-
nitas excedat vota postulan-
tium & merita: vnde & S. An lib. de
selmus. Sapè Domine differs mēsur.
quod petitur, ut exēcites appeti-
tum, & vt acuto desiderio abundā-
tius possis dare. Sapè etiam vi-
detur Deus non exaudisse, &
vere exaudiuit, ut i contigit S.

Paulo

de modo orandi.

Paulo petenti , vt auferretur
stimulus carnis, quem S. Aug:
dicit exauditum, non quidem
ad voluntatem, sed ad salutē
& contra dæmonē, quādolob
tentandum petijt, ad volunta-
tem exauditum, non ad salu-
tem , sed ad damnationem,
Iob. 1. Deumquè, Si voluntati noſſra
Ser. cō dat, ſaluti non dare. Hinc vt S.
tra in. Bernard. ait. Misericordia eſt
grat. ſubtrahere misericordiam. & vt
Hō. 30. S. Chrysost. Cum Deus ali-
in Gen. quid nobis negat , non
minus eſt, quam ſi
conceſſiſſet
(.?)

CAPVT

CAPVT VII.

Quam viam quilibet in ex
ercitio meditationis
tenere debeat.

TRES in exercitio medita
tionis sunt viæ. 1. Pur
gatiua vocatur, cuius finis est
purgare cor, animamque pec
catis. Hanc ambulant inci
pientes, & qui desiderant pec
catum sarcinam deponere
& virtutis semitam ingredi.
2. appellatur illuminatiua,
cuius finis est illuminare ani
mam, eamque virtutum splen
dore.

de modo orandi,

dote perfundere, adeò ut in dies magis, magisquè coruscet, & in virtutibus proficiat. Hanc calcant proficientes.

3. est vniuersa, quæ mentem nostram cum Deo perfecti amotis vinculo coniungit, ac vnit. Et hæc est hominum perfectorum. Peccatores qui desiderant mutare vitam, & se se ex toto corde ad Deum conuertere pro meditationis materia sumant sua peccata, & quidquid adiuuat, ut eorum numerum, & grauitatem cognoscant.

Et quia timor solet esse initium iustificationis, quicquid
hunc

hunc excitat, id hisce præbet
medirandi materiam, qualia
sunt hominis nouissima, mors
iudicium tam particulare,
quam vniuersale, & infernus.
Item quasi examinaturi cons-
cientiam percutere possunt,
Decalogi præcepta, vitia capi-
talia, tres animæ potentias,
quinqué corporis sensus, &c.

Proficiētes seu qui cupiūt
in virtutibus progressum fa-
cere, sumant pro meditandi
materia humanitatem Chri-
sti in mundo conuersantis;
quia vita, doctrina, passio, &c
mors ipsius est perfectissimū
exemplum omnium virtutū.

D Possunt

de modo orandi,

Possunt & sumere aliquot
psalmos Davidis, orationem
Dominicam, salutationem
Angelicam, aut aliqua Chri-
sti Domini verba ex Euange-
lijs desumpta.

Qui sunt in statu perfecto-
rum, & per viam ambulant
vniuersitatem, ut perfectam cum
Deo, vniōnem acquirant, de-
bent contemplari vitam Chri-
sti gloriosam, eiusque opera
miranda, quæ fecit à princi-
pio sermonis in ultima cœna
facti usque ad mortem, & à
resurrectione usque ad ascensio-
nem, seu Pentecosten, quādo
discipulis suis misit Spiritum

San.

& meditandi. 26.

sanctum, qui est Spiritus amoris, & coniunctionis. 2. Simul & contemplati possunt mysteria sanctissimæ Trinitatis, cuius perfectiones, beneficia nobis exhibita , amore in erga nos , & obligationem, qua ipsi obstricti sumus.

CAP V T VIII.

Modus in meditando obser-
uandus.

AT Neequā instituatur meditatio p̄iparāda est anima, ne simus tāquā homines tentātes Dcū, & p̄equida da est meditationis materia,

D 3 quia

de modo orandi,
in infinita reverentia dignam
confiteatur, caput inclinet,
terramq; osculetur, uti fecit
Christus Unus orans in horto.

Post hanc humiliationem
fit signum Crucis, & aliqui
etiam dicunt confessionem
generalem, ut ab humiliatio-
ne meditationem ordiantur.
Alij exordium ducunt a gra-
tiam actione pro beneficijs
acceptis. Vt ergo modus bonus
est; sed in eo conuenire debet
omnes, ut se se ad meditatio-
nem præparent per breue ora-
tionem, in qua gratiam petat, ut
illam ad utilitatem suam, & ad
Dei honorem, & gloriam facere
possint

possint. Item ut corpora, ani-
masq; suas, omnesq; potētias
offerant Deo, ab eoq; petat,
ut ea accepta habere velit gra-
tiāq; dare, ut deuotē, & attētē
orationē, meditationēq; suā
absoluere possint, Attētio au-
rē debet esse actualis: nā licet
virtualis sufficiat in oratione
vocali, nō tamē in métali: de-
indē nō sufficit intellectum
percuttere, sed mouēda est
volūtas, varijq; affectus eliciē-
di. Inquirēdū nobis est, inquit
Gerson, quid sit virtus, nō ut
sciamus, sed ut boni efficia-
mur. Acus necessaria est ad su-
endū, ipsa tamē non sūit, sed

de modo orandi,

filum , & quemadmodū qui tota die rem quāpiam acū perforaret sine filo, nōn sue-ret, sed stūtē ageret, ita in va-num laborat qui multa intel-lectu petcurrit, sed voluntate p̄̄st̄t̄ pauca.

Materiam ad meditandū propositam meditatutus di-nidat in p̄̄cta , & quodlibet eorum ruminet intellectu : deinde voluntatem amore, & vatijs confidentiæ affecti-bus accendat & colloquia pe-titionesqué ad Deum insti-tuat, ut dictum suprà.

Et sic faciendum in singu-lis p̄̄ctis quod melius sub-ic̄to

iecto: exemplo declarabitur.

Si velimus meditari Incarnationem Christi Domini: 1. elicere debemus actum fidei, & protestari nos credere quicquid S. Ecclesia credendū proponit, scilicet, quod Christus sit filius Dei, Deus, & homo: indē quæremus causā, cur de incarnatus sit, nempè non ob nostra merita, sed ut mundū redimeret, suamque bonitatē ac misericordiam manifestā redderet. 3. considerabimus utilitatem, quam inde perceperimus, videlicet remissionē peccatorum, & destructionē mortis. 4. damnum, quod passi

de modo orandi,
passi fuissetsemus, si hoc opus
non fuisset completum, v.g.
quod omnes essemus adhuc
inimici Dei, & mancipia dia-
boli.

¶ Demum considerari pos-
sunt circunstantiae huius o-
peris quoad locum, tem-
pus, & modum, item perpen-
di potest proprietas corporis
gloriosi, & animae Christi,
quando fuit incarnatus.

In quolibet punto potest
subsistere aliquantulum, il-
ludque ruminare, & in fine
faciat colloquia supra dicta,
petitiones ad Deum, & gra-
tiarum actiones, quod fece-
rit

tit eum dignum sua gratia,
quodque potuerit orationē
illam facere, & in sancto suo
conspectu astante.

CAP V T IX.

*Exempla trium aliarum me
ditationum.*

Proponemus hictres alias
meditationes. Prima erit
de passione Christi. 2. de
sanctissimo Eucharistia Sa-
cramento. 3. Super oratio-
ne Dominica , quibus mediā
tibus difficile non erit alias
instituere meditationes.

Inpti-

de modo orandi,

In primis igitur autem quam
meditationem aggrediatur,
præparet, ut dictum est supra,
materiam, scilicet obiectum
circum quod meditatio versari
debeat. Si in statu incipien-
tium est, erunt accommoda-
tissima materia, peccata con-
tra Deum admissa, pœnæ eius
dem debitæ, mors scilicet, iu-
dicium particularē, & vniuer-
sale, dænatorum status apud
inferos. Si in statu proficien-
tium, vita & passio Christi Do-
mini, exempla B. Virginis San-
ctorum, & similia: si in statu
perfectorum resurrectionis,
& ascensionis mysteria gloria
paradisi,

& meditandi. 31

paradisi, attributa, & perfe-
ctiones diuinæ.

Hoc modo præparata ma-
teria, seu obiecto meditatio-
nis præparanda erunt ea, per
quæ discurrere oportet, quæ
ad quinque vel sex puncta
reduci possunt in meditatio-
nibus passionis. 1. caput est
spectare dignitatem, & quali-
tates personæ patientis. 2 Au-
dire auditu interioris autis ver-
ba tam personæ patiētis, quā
eorum qui vel passioni inter-
suunt, vel passionis supplicia
exequuntur. 3. Considerare
genera diuersa passionū, quæ
personæ patienti infliguntur.

4. Ins.

de modo orandi,

4. Inspicere loca, in quibus
passionis mysteria contige-
rant. 5. meditari finem prop-
ter quē Dñs pati voluit. 6.

Discurrere per titulos, qui
passionis acerbitatem, & me-
ritum magis illustrare vi-
dentur.

Ex his & similibus puni-
ctis facile anima in affectus
prorumpit, qui fructus me-
ditationis appellantur, cuius-
modi sunt compassio cordis
de Chtisti morte, & supplicio,
dolor de peccatis admissis,
ob quæ Dominus patitur,
gratiarum actio de tam sin-
gulari beneficio immetitis
præstito

præstito. Postulatio, seu obsecratio, qua per Christi vulnera, mortem, & merita à Deo petimas remissionem peccatorum, virtutum ornamenta, atque alia rām corporis, quām animæ beneficia, & alijs similes affectus.

Hæc omnia suo modo ad Christi Domini passiuitatem, & alia vitæ ipsius mysteria, imò & aliorum sanctorum vitam, mortem, & martyriæ facile accommodari possunt. Sic de Christo. Dominio crucifixo sequentis meditationis exemplum.

Medina-

de modo orandi,

*Meditatio de Christo Do-
mino in Caluariæ mon-
te crucifixo.*

O Ratio præparatotia etit
qua petamus à Deo, ut
omnes nostræ actiones, ope-
rationes, & intentiones ad ip-
sius gloriam, & cultum diri-
gantur.

Primum præludiū sit histo-
riam de Christo Domino cru-
cifixo in memoriā reuocare.

Secūdum præludium Cal-
uariæ montem mentis oculis
obijcere, & repræsentare. tertiu
pluuium est præ quo petimus
á Deo

De modo orandi

á Dèo, vt nobis dolorem , & compassionem de sua passione concedat.

Primum punctum sit.

Considerare circa personæ dignitatem, quomodo Deus infinitus, cuius sedes est cœlum , terra scabel lum pedum eius, habet pro sede, & throno gloriæ suæ crucem asperam, & contumeliosam , ex qua fertis clavis suffixus pendet , quomodo qui est æternus, qui in faciem hominis inspiravit spiraculum

E vitæ

De modo orandi

vitæ tandem expirat. Qui est
omnipotens, qui distupit fon-
tes, & torrentes in copiosa sā-
guinis flumina, apertis corpo-
ris venis dissoluitur, qui Che-
rubinorum choro circunda-
tus triumphat, inter duos la-
trones crucifixus pendet?

Fructus.

Sit erumpere in, exclama-
tionem his aut similibus
verbis. O omnipotens, qui ex al-
tissimo diuinitatis loco, ex su-
prema dignitate ad insimum hu-
militatis gradum descendisti, quis
ad

ad tui aspectum audeat superbire?
Quis ad humanos fauores adspiri-
rare? Quis non potius eligat inter
infernas tenebras delitescere, quā
maiestatem ita inclinatam offen-
dere? Concede mihi vilissimae om-
nium creature, vt nunquam dis-
nitates ambiam, nunquam inani
gloria intumescam, sed intra mea
vilitatis terminos contentus prop-
ter te omnibus creaturis me sub-
iijciam.

Secundum punctum.

Sit, audire clamores, &
blasphemias, quibus hostes
E 2 crucem

De modo orandi
crucem in altum sublatam ex-
cipiunt & mundi Saluatorē
dedecorant, Dicentes Yah,
qui destruisti templum Dei , si fili⁹
Dei es , salua temet ipsum , audi-
re simul mansuetissimum Do-
minum clamantem : Pater di-
mitte illis , quia nesciunt quid fa-
cūnt.

Fructus.

O Mitissime Iesu , quām ma-
nifestè se prodit splendi-
da & excellens tuae charitatis flā-
uita , siquidem nullis tormentorū
tempestatibus , nullis hostilibus
verborum

verborum flatibus extingui potuit
 imo ita reflantum venorum vē
 excreuit, vt etiam prg ipsis inimī
 cis tibi necem inferentibus Deū
 supplex interpellaueris, similem
 mihi charitatis affectum, o bone
 Iesus, concede, quo inimicos meos
 prosequar, & à te veniam meis
 precibus pro ipsorum salute im-
 petrare studeam.

Tertium punctum

Frit, considerare diuersa
 tormentorū genera, quæ
 Dominus patitur, caput spi-
 nis laceratum horret. Oculi
 E 3 concre-

De modo orandi

concierto sanguine depresso
elanguescunt , lingua fellis
amaritudine obstupescit; pe-
des, manus clavis acutissimis
lacerantur, totum corpus in
cruce extensum, tormentorum
virigescit , anima supremis
tumultuæ doloribus cruciatur;

Fructus fit.

Ergo, d Domine Iesu Christe
per caput spinis punctum a
meo capite superbia spinas extra-
he per lumina mortis tenebris cir-
cunfusa meos oculos ab impudicis
aspectibus auerte , per manus , pe-
des

des clavis laceratos opera manū
mearum dirige, perfice gressus
meos in semitis tuis, ye non moue
antur vestigia mea in aeternum.

Quarium punctum.

Sit considerare locum, in
quo Dominus est crucifi-
xus, qui extra ciuitatis termi-
nos erat liber, & publicus, ut
scilicet ab hominibus conspi-
ci posset, omnibus Deus cru-
cifixus suo conspectu
salutem, & vitam
impertiret.

De modo orandi

Fructus.

Merito, o bone Iesu, flosca
pi diceris, nulli clausus,
omnibus obuius, ut ab omnibus
carpi possis, ascendam igitur ad
palmam, & apprehendam quin-
que vulnerum flores pulcherri-
mos, ex ipsis fasciculum compona
qui inter amoris, & deuotionis
mea pectus commoretur.

Dicebatur vero mons Cal-
uaria, quod in eo loco fuerit
Adami caluaria, seu hu-
mani generis sepul-
tum caput:

Fructus

Fructus.

Merito ô Medice, calesis
te hic videmus erectum,
vbi iacebat agrotus, congruebat
scilicet, vt ibivita nostrapirmittiæ
locarentur, vbi fuerunt mortis
exordia. Ergo, ô sanguis diuine,
siquidem de cruce distillas, vt ca-
put nostrum abluae, membra pari-
ter ablue, & emunda, membrum
sum eadem qua caput peccati la-
be infectum, amplius laua me ab
iniquitate mea, & à peccato meo
munda me.

Dicitur etiam mons Cal-
variae à Caluatijs damnato-
E s ruim,

*De modo orandi
rum, qui in eo loco truncatis
capitibus supplicio afficie-
bantur.*

Fructus sit.

Oinnocēs agne, & immacula-
te, qui pro peccatis inter-
feda sceleratorum cadauera, tam
ignominiosum mortis genus elegi-
sti, mihi omnium sceleratissimo-
tarum virtute penarum pœnas
mihi debitas indulge, tua mors
aternam mibi vitam concilia.

Quintum punctum.

Sit. Considerare finem
propter quem Dominus
patitur

patitur, qui est remissio omnium peccatorum, nostra salus, & redemptio.

Fructus.

Quam bene clementissime Redemptor vaticinia cecinerunt te vulneratum propter iniquitates nostras, atrium proper scelerum nostra, sine dubio omnes nos, quasi oves errauimus, sed posuit Dominus in te iniquitates omnium nostrum. Ergo si quidem cemet ipsum pro nobis dedit, ut redimieres nos ab omni iniuritate, non cesses, & propitiatio nostra

De modo orandi
nostra apud Patrem interpellare
pro nobis, ut reprobationem acci-
piamus remissionis peccatorum,
& hereditatis aeternae, quam ac-
quisiuiti sanguine tuo.

Sextum punctum

Sit. Considerare Dominū
Iesū, non pro se, sed pro
nobis, tanquam pontificem
summum in Crucis altari sa-
crifictum offerentem non vi-
tulorum, aut victimarum, sed
sui corporis, sui sanguinis,
abundantius effusi, ita amo-
nis, & doloris igne succensum

vt

ut emissa anima ne gutta qui-
dem sanguinis, in exenteratis
corporis membris remanserit.

Fructus.

O Sacerdos magne Iesu, quis
nisi tu salus nostra, tam no-
uo sacrificij genere, tam immensam
humani generis offensam delere
posset? Postulabat sine dubio infi-
nitâ peccati gravitas infinitam
Dei, & hominis satisfactionem,
ut Deum posita ira placatum no-
bis conciliare posset. Quid igitur
pro tam singulari beneficio ò ater-
ne Pontifex recribuam? Cor con-
tritum,

De modo orandi
eritum, & humiliatum Deus non
despicias, fateor quia tibi soli pec-
caui, & malum coram te feci, me
rear cuius meritis data prius pecca-
torum meorum absolutione, audi
re cum latrone, Hodie mecum
eris in paradyso.

De Praxi meditationis sacrae
Eucharistiae.

Inter præcipua meditatio-
nis argumenta in merito sa-
cra Eucharistia numeranda
est, tum propter mysterij dig-
nitudinem, tum propter insignem
amoris, & charitatis signifi-
cationem

cationem, qua à Christo Do-
mino in extrema vitæ pe-
riodo instituta est. Selecto
igitur hoc ad meditandum
obiecto, puncta etiam deligē-
da sunt, quæ ut in argumento
passionis ad quinquè vel
sex puncta etiam reduci pos-
sunt.

Primum erit, de præpara-
tione ad sumendam Eucha-
ristiam. Secundum , de tem-
pore, quo instituta est. Quar-
tum , de affectibus Euchari-
sticæ. Quintum, de parabolis,
seu figuris Eucharisticæ. Sex-
tum, de fine, ad quem Eucha-
ristia instituta , quæ omnia
iam

De modo orandi
iam in subiecta meditatione
videantur.

Meditatio de institutione sa-
cra Eucharistiae.

O Ratio præparatoria, vt
in meditatione de pas-
sionis. Præludiū primum sit
historiam de institutione sa-
cra Eucharistiae in vltima cæ-
na ad memoriam reducere.
Secundum erit, locum, scilicet
cænaculum in monte Sion
spiritualibus oculis inspicere.
Tertium petere à Deo, vt
insignem ipsius erga nos-
amorem.

& meditandi. 41

amorem in hoc mysterio ag-
noscamus.

Primum punctum.

SIt. Considerare, quomodo
dô misit Dominus Petru
& Ioannem ad præparatio-
nem Eucharistiae . Petrum
misit. cui postea cœlorum cla-
ues traditæ sunt , & Ioannē,
cuius nomen gratiam sonat.

Fruetus.

Agnosco, Domine, quomodo
me ad suscipiendam Eu-
charis

De modo orandi
charistiam preparare debeam, nisi
mirum per confessionem factam.
Petro, & Petri successoribus qui-
bus potestas legandi, & absol-
uendi data est, & per gratiam,
quam ego veneror, & agnosco.
Parabit itaque animam Ioannes,
id est tua divina gratia, quam
Petri clavis, id est, confessarij ab-
solutio, comitabitur.

Ecce introeuntibus vobis in ci-
uitatem occurret vobis. Homo am-
phoram aquae portans sequimini
eum in domum, in quam intrat.
Dominus domus ostenderet vobis,
cenaculum magnum stra-
tum, ibi parate.

Fru-

Fru~~ctus~~.

Ni qua domo? In qua anima vis Domine Iesu, hoc misterium celebrare? In quā intrariaqua; non solum baptismatis, sed etiam aqua lacrymatū pro peccatis, post baptismum admissis. Igitur pro aqua baptismi, qua me recēnarum abluisti, gratias ago, pro peccatis, quibus animam posteā maculaui plorabo, die ac nocte lacrymis meis stratum meum rigabo.

Cænaculum prætetea ani-
E. 2. mæ:

34. *'Dē modo orandi*
mæ mæ ita amplum faciam;
ita per charitatem dilatare
studebo, vt non dilectos solū
discipulos, verum etiam ho-
stem Iudam capiat, non solū
amicos, sed etiam inimicos
amore prosequar, & labora-
bo præterea, vt omnibus
tapetibus, id est omnibus vic-
tutū ornamentis; pijs, &c san-
ctis cogitationibus effulgeat.

Secundum punctum.

ERIT. Considerare circa
tempus quomodo Do-
minus, in qua nocte trade-
batur

batut, accepit panem; & gra-
tias egit, fregit, ac dixit: acci-
pue, & manducate: hoc est corpus
meum.

Fratris.

Vere, ô Domine Iesu, in fine
dilexisti nos, non solum ut
mors fortis fuit tua dilectio, sed
ipsa morte fortior. In qua nocte
tradebaris temetipsum in cibum
hominiibus tradebas; bodieque
cum ego meis peccatis tibi paro
mortem tu mihi paras vitam, cū
paro amaram crucem, tu paras
cibum dulcem, cum paro fel, tu
paras mel, iniquitatem meam

De modo orandi.

ego cognosco, ne me queso, ut pro-
ditorem ludam à te reijcias, sed
potius ut penitentem Petrum dul-
corato iam animo dulcorata lin-
gua ad comedendum hunc fauū
mellis dulcissimum admitte, &
inuita.

Tertium punctum.

Sap. 9. **S**It. Considerare, cum Pro-
pheta Zachar. quomodo
cum speciebus panis, & vini
coniunctum latet, quidquid
pulchrum, quidquid bonum
Deus intra, & extra se habet.
Adest in primis diuinitas, qua-
est ipsam et essentialis boni-
tas,

tas, & pulchritudo vera. Adest
pulcherrima inter beatos spir-
itus creatura, quæ est humani-
tas Christi Domini, cui com-
positus Hierarchiarum splen-
dor ita habescit, ut ad conspe-
ctum Solis syderum splendor.
Ad sunt omnes thesauii sapi-
tia, & scientiæ Dei, omnium
virtutum ornamenta, quibus
anima Christi, ut cælum stel-
lis pictum longe effulget.

Fructus.

Si bonum appetitus, & amo-
ris, si pulchrum cognitionis
est obiectum, quid mihi est in ca-
lo,

¶ De modo orandi
lo, & à te quid volui super terrā?
In hoc diuina Sacramento ha-
beo quidquid desiderare, & ama-
re possum, quidquid animum re-
creare, quidquid intellectum, &
voluntatem satiare potest. Ita la-
titantem agnosco, mentis oculis
introspicio, veneror, & adoro, &
omnibus mundi diuitijs antepono.

Quarum punctum.

Sit. Considerare effectum
huius Sacramenti præci-
puum, quæ est viatio, & simili-
tudo maxima inter Christum
in forma cibi in animam in-
trantem,

trantem, & ipsam animam, tam
suanem cibum recipientem.
Accidit tamen haec unio di-
uerso modo, atque inter pa-
nem corporalem, & corpus a
quo recipitur: nam corpora-
lis consumpta propria substâ-
tia transit in alienam, & cu-
fuerit vitae expers, vita come-
dantis viuete incipit: qui ve-
ro Christum in Sacramento,
sine cælestem hunc panem co-
medit, definit esse, qui fuerat,
incipit esse, quod est Christus
qui interius receptus animam
meam in se ipsum spirituali-
ter transmutar, dum vitam
suam spiritualem, mores san-

De modo orandi
Etos, humilitatē, patientiā, vi-
tæ puritatē, & reliqua virtutū
ornamenta ipsi communicat.

Fructus.

OPANIS diuine, siquidem ani-
mo puro, & à peccatis libe-
ro se recipere desidero, ita me in-
te ipsum transmuta, ut cum Pau-
lo dicam: Viuo ego, iam non ego
viuit vero in me Christus, tu de-
inceps esto anima animæ mea nō
viuat in se ipsa anima mea, in te
viuat oblica sui, te præsentem sem-
per habeat, de te cogitet, de te lo-
quatnr, ut suæ vita mortua, tua
vita viuat. Amen.

Quintus

Quintum punctum.

Sicut insigura de māna, quod
Israeliticū populū in
deserto aluit, hoc diuinū mys-
terium agnoscere. Ortum est
nōmen ab interrogatione,
qua Israelitæ manna vidētes,
& quid esset ignorantes, alijs
alios rogabant. Manhū? quid
hoc? vel. Manna idē est quod
donum præparatum, quæ
omnia metifice in Eucharistiā
quadrant. Est enim donum
excellentissimum in cæna ex-
trema, à Domino præparatū,
&

*de modo orandi,
& dilectæ Ecclesiæ in signū
ameris derelictum, atque ita
stupendum, ut merito clama-
re possimus: Manhu? quid
hoc?*

Fructus.

*O Liberalissime Deus, do-
num calitus delapsum gra-
to animo accipio, munus pretij
infiniti cum summa cordis re-
uerentia meo pectori inclu-
do, sed in admirationem rap-
sus non possum non exclamare
quid hoc?*

*Deus sub panis, & vini spe-
ciebus*

ciebus se homini comedendum tradit? Quis talia crederet miracula, nisi tu-Domine tuo ore fidem faceres clamando, hoc est corpus meum, Ergo cum summa animi humilitate, oculis in terram demissis, inclinata vertice, sublatis manibus, tecum atque iterum veneror, te me ad comedendum inuitantem recipio.

Habebat Manna saporem communem panis oleati, & melle illiti. Iustis tamen omnem saporem suavitatis communibat. Fiebat ab Angelis in aere

ideo

Ide modo orandi,
ideo cœlestis, & Angelicus pa-
nis vocabatur, descendebat
de nocte, mane ante solis or-
tum colligebatur.

Eructus.

OPANIS Eucharistia vere pa-
nis cœlestis, siquidem à cœ-
lesti sinu Patris, à cœlesti gremio
Matris ad nos descendit, & à ter-
ra in cælum nos ducit precor ut
ita nos tua cœlesti virtute reficias,
ut panem terrenum fastidientes
te solum cœlestē appetamus, quid
enim te suauius? Quod nam mel:
in manna inuentum? quod nam
oleum;

oleū superfusum cū tuo oleo, cum
tuo melle conserre possū. Verè, ò
bone Iesu ostendis in Eucharistia
tuam dulcedinem, tuum amorem,
dulcissimum, quo filios tuos com-
pletteris, tuo nos nutris corpore,
tuo nos pōtas sanguine, cibum pre-
bes omne delectamenium in se ha-
bentem, & omnem saporis suau-
itatem. Non ero ingratus, non ita
insipiens, ut improbos iuitatus ci-
bum leuissimum existimem, &
despiciam, in huius noctis caligi-
ne fidei lumine illustratus, panis
diuini virtutem semper agnoscā,
semper cum summa animi purita-
te recipere studebo, donec dies illu-
cescat, & in aeterna Beatitudine:
te;

*s. de modo orandi,
te præsentem. Bone Iesu, videam,
te in æternum fruar.*

Sextum punctum.

Sit. Considerate finē prop̄
ter quem institutum est
hoc diuinum Sacramentum;
vtique ad conciliandum amo-
rem, & vniōne inter eos, qui
huic diuinæ mensæ accum-
bunt, qui pariter hunc panē
edunt, vt cum Paulo possint
dicere, vnuſ panis, vnuſ
i. Cor. corpus, sumus omnes, qui
10. de vno pane participamus.
Ad hoc mysterium significan-
dum

dum panis, & vinum, in quo
conficitur hoc Sacraimentū,
sunt ex multis tririci granis,
& multis botris in vnum col-
lectis.

Fructus.

O Verissimum futura nostrae
gloriae pignus symbolumq;
sacratissimum, vnius illius cor-
poris, cuius tu, o bone Iesu, in my-
sterio hoc delitescens caput existis,
cui nos tamquam membra arctis
sima Fidei, Spei, & Charitatis
connexione astrictos esse volui-
sti, fac vt sicut te omnes com-

G.

municamus.

De modo orandi,
municamus idipsum omnes
dicamus, idē sentiamus, nec
sint in nobis schismata, rixæ
contentiones, iræ, & licet mul-
ti simus, in vnum per charita-
tē redigamur, & pani ex mul-
tis granis confecto, vinoq; ex
multis racimis collecto simi-
les simus, vt tandem in cæle-
sti conuiuio vnusquisque no-
strum canere possit, in pace in
idipsum dormiā, & requiescā.

*De praxi meditationis ora-
tionis Dominicæ,*

PRæcedentes Meditatio-
nes modū sequuntur qui
per

per discutsum agitur, quo se quis nullis verbis alligat, sed parata materia delecto obiecto ad commentandū accedit, & excurrit per diuersa pūcta, & circumstantias personarū tē potum, locotū, adhibito etiā sensuum vſu vt vidimus.

Sequēs meditatio de Oratione dominica, & similes, materialiam subiectā, & pūcta deligunt ex verbis iam cōpositis, siue ab Ecclesia qualia suppeditat salutatio angelica, symbolum Apostolorum, hymni, & similia, siue ab spiritu sancto, vt est psalterium Dauidicum, Proverbia Salomo-

de modo orandi,
nis, Sapientia eiusdem, & alia ad factam historiam, siue veteris, siue noui testamenti attrinentia.

Atque hic modus est facilior, amplissimos campos apertit matetiæ conquitendæ, & inueniendæ; labore minuit, & summam varietati mediante suppeditat, ut si in uno verbo fructum non reperiat, in secundo, tertio, aut quarto inueniat. Potest proinde hic modus non solis incipientibus, & tironibus insekuire, sed etiam proficientibus, & perfectis cum vel ægtitudinis, vel acedie, aut alterius impe-
di-

& meditandi. ¶ 51

dimenti virio laborant.

Meditatio de oratione De- minica.

O Ratio præparatoria, vt
suprâ.

Præludium primum, oculis subiicit Deus immensum in thronoglorię suę sublimē.

Præludium secundum continet orationem, qua à Deo petimus bona corporis, & animæ, quæ in oratione dominica continentur.

Pater.

Docentur hoc verbo suauissi
G 3 mo

de modo orandi,
mo cleuandam esse mentem
in primis ad Deum cum ora-
mus: potestque nomen Pater
dirigi ad primam personam,
prout per proprietatem theo-
logicam illi solet accommodari
sed certius est non esse nomē
singulare Patris, sed cōmune
Trinitatis, Patris, & Filij, &
Spiritus sancti. Est enim Tri-
nitas Deus Pater nōster, qui
igitur Patrem inuocat Deum,
se Filium non per naturam,
sed per gratiam recognoscat,
necessē est.

Fructus.

O Immense Deus, & omni-
po-

potens, quis te nomine Patris com-
pellare auderet, nisi ipse nubis sic
orandi formam præscriberes? Non
audet inops & ignobilis homo, Re-
gem potentissimum terrenum Pa-
trē rogando appellare, audebo ego
homunculus in peccati sordibus,
summaq; ignobilitate natus terre
calique Regem, Patrem dicere? sed
quid mirum cum non solū vocari,
sed Pater esse gloriaris, cū nos filios
facis, quos Patrem vocare, & in-
nocare iubes.

Ergo quia non seruili, sed filie
li affectu a me te uis inuocari, te
qua possū charitate inuoco, spe &
fiducia impetrādi erigor, meaq; di-
gnitatis memor, tibi meo Patri dile-

De modo orandi
etissimo similis esse adnitar, & singularis adoptionis beneficio in memoriem reuocato iam peccatorum veniam, paenarum interitum, & sanctificationem per gratiam largissima denique Spiritus sancti dona, mihi celesti felicitate pollicor.

Noster.

Hoc verbo docet Christus orationem generalem pro fratribus faciendam. Non enim dicit Pater meus, sed noster, ut ubique non tam propria cōmoda, quam proximorum petamus, nosq; fratres

tres omnes vnius Patris filios
eiusdem prosapiæ, & nobilita-
tis esse meminerimus.

Fructus.

O Charitatis Magister, quā
largo nos omnes amore cō-
plecteris, qui sic ordre vis vnum
pro omnibus, sicut omnes in uno
pectore, in uno sinu, ut matēr
portas. Concede mibi indignosi-
lio, vt nullus dignitatis locus, quā
tumuis eminens, nullus honoris
gradus, mibi inferiorum contemp-
tum pariat, omnes tamquam filios
tuos honore excipiam, omnes tam
quam

De modo orandi
quam fratres meos amore fra-
ternio prosequar.

Qui es in celis.

Cælum est nobilissimus
mūdi locus, in quo Deus
tam Angelis quam homini-
bus se ipsum ostendit, ac pro
inde cum sit ubique in cælo
præcipue esse dicitur, sicut a-
nima in capite excellentiori
corporis parte, cum tamen
sit in toto corpore.

Fru-

Fruetus.

Hec me verba ò sāme Deus
à terra tollunt , in ce-
lum sustollunt. Patriam meam;
& domum paternam in memoriam
reuocant. Ignur concede, ó aman-
tissime Domine, ut à me omnis sa-
cularis exulet cogitatio, celo to-
tus animus infixus hereat. Curiā
calestem dum oīo intrare contēdā
ubi tu Rex Regum stellato sedes
folio, circusidatus innumerabili.
& admirabili Beatorum Spirituum
exercitu.

Sandi.

De modo orandi,

Sanctificetur nomen tuum.

Hęcest prima petitio, quā
Dei gloria à nobis opta-
tur, & expetitur, idemquè so-
nat, sanctificetur nomen tuū,
ac glorificetur nomen tuum.
Tum vero ab hominibns san-
ctificatur, cum vt sanctissimū
colitur, & honoratur.

Fructus:

Quod Filium erga suum Pa-
trem prius optare, quid
postulare decet nisi vero honorem
&

& gloriam. Hanc ergo Pater benignissime tibi conciliare semper studebo, vita, moribus, verbis, operibus, tam irreprehensibilem exhibere vitam curabo, ut qui me loquentem, operantem viderit te Dominum de servi tui sanctitate collaudare gestiat. Quod ut perfecte assequar, concede ut qui haec tenetis inter fideles vixi de gloria tua, sollicitus inter infideles, per exemplum vitae, & euangeliij predicatione viri, ampliore gloria nomen tuum sanctificem.

Adueniat regnum tuum.

Regnum Dei tribus modis sumendum est, primo

de modo orandi,
mo pro regno calesti, & bea-
to, 2. pro regno terrestri, Dei
in hominibus per gratiam: 3:
pro regno perfectissimo, quo
hostibus inferni carcere con-
clusis amicis in caelu receptis,
regibus et terra sublatis Deus
solus in sempiternum reg-
nabit, omnia hec regna ut pe-
tamus vult Dominus, omnium
participes nos esse vult.

Fructus.

Adueniat regnum tuum,
Domine, regnum in primis,
quo in terra in hominibus iustis
regnas

regnas, regna in nodis per gratiam
non regnet diabolus, non regnet
vitia, non regnet peccatum, in
mortali nostro corpore; ut ita pos
simus in regnum tuum perfectis
simus ad finem mundi. subiug
gatis, expulsisque hostibus intro
duci, & qui nunc iustorum tancū
beantur animi tandem etiam cor
poribus sua contingat eterna
beatitudo.

Fiat voluntas tua sicut in
celo, & in terra.

Idest, obedeat ut præceptis
tuis, sicut ab Angelis, qui
sunt

De modo orandi
sunt in cælo ita ab homini-
bus, qui sunt in terra. Quo-
modo Angeli tibi inculpate
seruiunt in cælis, ita seruiant
homines in terris.

Fructus.

Merito, Domine Iesu, post
petitionem regni cœlestis,
vis ut petamus obedientia virtutē,
per quam in terra degentes, Ange-
lorum, Sanctorumq; qui cælum in-
colunt, vitam imitemur, ut tandem
eorum consortio adiungamur. Ita
fiat, ò Pater potentissime, antequā
nobis superna præstetur habita-

tio, iam quodammodo de terra
calum fiat, tales simus, dum hic
agimus, ita viuamus, loquamur,
& operemur, quasi iam conuersa-
tio nostra sit in calis.

Panem nostrum quotidianū
danobis hodie.

PAnis nomine significatur in primis corporis ci-
bus, quo alimur, quo deficiē-
te peribimus. Dicitur quoti-
dianus, quoniam quotidie no-
bis est ne cessari. Petitur de
inde panis animi, qui præci-
pue est sacra Eucharistia, ac
H proinde

De modo orandi
proinde supersubstantialis, à
Matthæo dicitur, sed non ex-
cluduntur à petitione alij ani-
mæ cibi, ut sunt Verbum Dei
gratia, & alia vittutū spiritua-
lia alimenta, quibus pascitur;
Itaq; non tantum corporis,
sed præcipue animæ cibus à
Deo petendus est.

Fructus.

SIquidem, ò Pater indulgentiſ-
ſim⁹, ea nos pascēdi, & nutriē-
di voluntate flagras, ut ad peten-
dum victum quotidianum inui-
zes, Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie. In primis conceda
corporis.

& meditandi. 58

corporis cibū, nisi enim dederis, ha-
bēs non possumus, nisi dederis, pe-
ribimus, omnes enim à te expectāt
ut des illis escā in tempore, dante te
illis, colligent, aperiente te manū
tuam omnes replebuntur bonita-
te: auertente te faciem turbabun-
tur, auferes spiritum eorum, &
in puluerem suum reuertentur:
Concede deinde Pater benignissime
cibum animæ, gratiam, charitatem, & quidquid
animam alit, & vegetat, præ-
cipue vero sacram Eucharistiam
qua nobis sit panis quotidianus,
vel quotidie sumatur, vel quotidie
à nobis summa reuerentia, & ani-
mi deuotione colatur.

De modo orandi,

Dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris.

• **D**elicata nostra debita ap-
pellantur, quia debito-
res Deo nos faciunt, ideo no-
bis à Deo remitti petimus.

Fructus.

Pecata Deus omnipotens mi-
hi tratureus hostis veluti pē-
cuniam feneratus est. Accepi mi-
ser, & cacus homo, modo pro fæ-
nore

nore eternas p̄nas soluere cogor.
Ergo, ò Pater benignissime ab v̄su
ris eternismelibera, dimittemihī
debita quibus constringor, remis-
sionem inspiuinis da peccatorum,
vt à p̄nis etiam debit̄ me solu-
tum videam in carne peccatis ob-
noxia infelix viuo, quotidie ex
humana infirmitate malum con-
traho, qui seruo tuo, qui debebat
decem millia talenta, debitum di-
misifli: mihi etiam idem debenti
solita benignitate demitte, memor
beneficij non solum proximum
mihi debentem non suffocabo, ve-
rum ad tuae benignitatis imitatio-
nem liberum dimittam, vt possim
dicere sicut & nos dimitcimus

H 3 debtoribas

De modo orandi
debitoribus nostris.

Et nō nos inducas in tentationem.

Induci in temptationem hic dicitur, qui temptatione pulsatur, item qui vincitur, iubet ergo Christus , ut infirmitati nostræ consulentes, petamus primum à Deo , ne nos permittat tentari, tentationes hostiles à nobis proponat, si vero adhuc ne vincamur.

Fructus.

Scio equidem , ó animarum nostra

nostrarum sapientissime moderator, te aliquando temptationes permettere, aliquando prohibere, vides tamen me fragilem esse, & imbecillem, ne queso me ad tentationem ducas, ne me tentari permittas, sic tantum tentatio tua probans, & exercens, sed non superans, scio militiam esse vitam hominis super terram. Scio te esse Deum Sabazium, id est, exercitum, ac proinde milites tuos decertare oportet, ut tanto duce digni esse probentur, proinde temptationem non recuso, vires tamen ad resistendum deprecor, ne in tentatione meis hostibus succumbam.

de modo orandi,

Sed libera nos à malo.
~~cor~~ Amen.

Nomine mali diabolus
in primis intelligitur,
qui malus, & iniquus per an-
tonomasiam dicitur, & omnis
mali origo est: deiudè omnia
alia mala temporalia, quæ nos
vexant, à virtute auocant, &
maiorem cum Deo coniun-
ctionem impediunt, ab his
omnibus æquum est, ut
á Deo liberari
petamus.

Fructus

Fructus.

Tⁱmeo, Domine, diaboli con-
gressum, natura est cele-
stis, nunc nequitia spiritualis, at
te maior saeculo, nocendi arte peri-
tissimus, bellator ab adolescentia
sua, in qua olim parentem nostrum
superauit, animam ergo meam,
tam in vita, quam in morte, a ma-
lo libera; omnia etiam mala tem-
poralia pater auerte, exulet fa-
mam, discedant morbi, ne ingruat
bella, ne sint lites, ut vitam singu-
lari tuo beneficio quietam, & tra-
quillam, ab omni malo liberam,
in

De modo orandi
in tuum obsequium impendamus
deum ut felicitatem æternam con-
sequamur, fiat, fiat. Amen.

C A P V T X.

De examine post orationē
mentalem faciendo; &
de fructu ex illa
colligendo.

VAlde vtilē est finita ora-
tione examinare, quo-
modò ea succederit, & quid
in ea factum sit; idem ex-
amen deberet etiam institui
post recitatum officium, rosa-
rium,

tium, aut Missam: præcipue ta-
men fieri debet post oratio-
nem mentalem.

Et 1. Considerabit an ob-
seruara sint ea, quæ præcede-
re debent meditationem, uti
an præuisa fuerit materia, an
se bene posuerit in præsentia
Dei, in fecerit debitam obla-
tionem sui cum intentione
recta, dolebit si in aliquo er-
rauerit, & emendatione pro-
mittet. 2. Examinabit an fue-
rit deuotus, & atrentus, an
distraetus, & tepidus, solo dis-
cursa contentus (quod po-
tius studium est, quam ora-
tio) an in colloquio cū Deo
confi.

De modo orandi
confidenter, & reuerenter, ut
decet, se se habuerit, si omnia
peracta sint bene, agat Deo
gratias: si vero erratum sit,
indaget causam erroris, ut
alia vice illum emendare pos-
sit, quod & se facturum pro-
mittat.

3. Examinabit motus, ins-
pirationes, & spirituales dele-
ctationes quas percepit, &
quid operatae sint, conside-
rabit.

4. In mentem reuocabit
proposita bona in oratione
facta, ut ea executioni man-
det, & fructus ex ea percep-
tos. Nam si oratio fuerit ar-
bor,

bor sine fructu ~~infructuosa~~ ~~infructuosa~~
á Christo, cum fici *infructuosa*, Mat. ii.
sin vero fructum protulerit, Psal. i.
crescit ut lignum plantatum
secus decursus aquarum das
fructum in tempore suo.

Fructus orationis sunt cor
rigere malos mores, deserere
peccata, eorumque occasio-
nes etiam remoras fugere,
mortificare malas inclinatio-
nes, & imperfectiones, refre-
nare sensus, temptationibus vi-
xiliter resistere, vicia extirpare,
procurare virtutum augmen-
tum, imitari vitam Christi pre-
cipue eius charitatem, humi-
litatem, obedientiam, patien-
tiam

de modo orandi,
tiam, & firmam resolutionē
volūtari cū crucē portandi, &c.

Ut autem hi finētus ex me-
ditatione percipiāntur, non
obiter, ac festināter, sed cum
magna attētiōne, quiete, ani-
miq; affectu peragēda est; &
cōsiderāda vitæ humanæ bie-
uitas, ac fragilitas, terūq; hu-
manitū vanitas, quib' oñibus
mortis finē imponit. Id si fece-
ris, spernes tēporalia, & mag-
na cura, studio, ac solicitudine
sequeris æterna, ijsq; ad hære-
bis. Non enim sufficit orare,
meditari, ad Deū accedere, cū
etiā tangere, sed hæc omnia
magna cū fiducia, ac diligen-

tia

tia fieri debet. Tangebatur, imo compromebatur Christus Mat. 15
Dñs à turba, nemo tamē ex illa fructū percepit inde, præper-
ter ynā fæminā, quæ sanguinis fluxū patiebatur, dicebatq; in
trāse, si te tigero solū simbriā vesti-
mēti eius, saluā ero. Dixit & sal-
ua facta est, quia magna id cū
fide dixit, magnoq; cū studio
accedere conata fuit, singula-
rī deuotione inflamata, quæ
deuotio vitæ spirituali pluri-
mū cōducit: est autē deuotio
nihil aliud quām promptitu-
do, & dispositio voluntatis
ad bene operandum.

Nec desperandū licet sub-
inde

de modo orandi,
inde ex meditatione non per-
cipiatur optatus fructus , sed
potius imitandi sunt solertes
agricolæ , quorum licet agri
semel, ac iterum non tulerint
fructum, semente, vel aquarū
inundatione, vel nimia siccii-
tate extincta : illi tamen eos-
dem rursus etiam eodem an-
no colere, & conserere solēt,
quia experientia didicerunt
huiusmodi damna sāpē cen-
tesimo fructu resarciri.

C A P V T XI.

*Modus pugnandi contra
distractiones meditatio-
nem impedientes.*

Quoniam

Quoniam communè est omnibus etiam Sanctis pati in oratione tentationes, & distractions, impedientes quomodo ex ea desideratus hauriatur fructus, nos hīc in subsidium eorum, qui hoc S. exercitium frequentant, pone mus causas, ex quibus illæ procedant, deinde & remedia quædam contra eas suggeremus.

Illæ itaque tribus ex causis nasci solent. 1 Ex nostra incuria, & negligentia, quia nimium nos per diem diffundimus, non custodiētes cor, nec sensus refrenantes, caputque I yarijs

De modo orandi
varij ~~phantasmatis~~matibus adeo
plenum habentes, vt vix nos
ijs liberare possumus. Et licet
in ~~pote~~estate nostra non sit,
omnino non vexari huiusmo-
di cogitationibus, eas ramen,
quando nimis sunt impetu-
næ, diuino auxilio adiuti re-
iucere possumus, ac repellere.

2. Nascuntur ex tentatio-
ne dæmonis, omni conatu la-
borantis, vt cursum medita-
tionis impedit. Et huic Ec-
clesia Catholica Spiritus Sā-
eti instinctu docet inuoca-
re diuinum auxilium in prin-
cipio orationis, dicēdo: Deus
in adiutorium meum inten-
de,

de. S. Macarius, ut in vita eius
narratur, vidit tempore ora-
tionis in Ecclesia parvulos
Æthiopes tentantes fratres,
& in eos, qui negligentes erāt
insultantes; ad alios vero qui
in oratione attenti erant, mi-
nime accedentes.

Nascuntur etiam ex mala
nostra præparatione ante ora-
tionem: demum oriuntur ex
debilitate naturæ, etiam sine
nostra culpa, quia adeò su-
mus debiles, & miserabiles,
& adeò natura nostra, & ma-
xime potentia imaginativa
per peccatum corrupta est, ut
non possimus dicere, vel se-

Item de orandi
meū orationēm dominicām
sine diuersis cogitationibus à
proposito multum alienis : si
tamen debitam diligentiam
adhibeamus , possumus eas
etiam cum merito reiçete , di-
uina ope adiutī .

His distractionibus ut pro-
videamus , pude fierinos opor-
tet , quod stantes in conspectu
Dei , permittamus nos vincī
ab ijs , idèòque debemus fa-
teri tum præterita , tum præ-
sentia nostra peccata , utpote
propter quæ modo ita casti-
gati sumus .

2. Debemus sicutum face-
re propositum non admitten-
di

di cogitationes, quæ nos in oratione distrahant, easq; diuertere, quando veniunt, & rursus ab eo orationis loco, vbi interrupta fuit, incipere, & id ipsum tories facere, quoties redeunt, etiam si millies id faciendum foret, nec propterea animum despondere, aut ab oratione desistere. De S. Bernardo & Adelhardo Abbatibus referr Surius, quod quando intrabant ad recitandum officium Dei, soliti fuerint dicere: cogitationes, & causæ rerum temporalium state ante ostium, ut soli ingrediamur, & reuerramur.

De modo orandi,

3. Genus armorum contra distractiones præbet ipsa otatio. Ioannes Abbas dicere solebat monachum tentatū debere ire ad cellam suam, & ad Deum orationem fundere. In hanc rem maxime seruire solent orationes, quæ vocantur iacula totiæ, cuiusmodi sunt. *Cor meum conturbatum est; dereliquit me virtus mea. aut: anima mea sicut terra sine aqua tibi: aut illa Apostoliū: Salua nos, perimus, vel hæc cæci: Fili Dauid miserere mei: aut: Domine vim patior: confirma me in hac hora, aut similes quæ multum iuuant.* S. Macarius consi-

Pj. 7,

Pj. 142

Mat. 8.

Luc. 18

15ai. 38

Iud. 13.

consilium dedit I neopom-
potentato carnali tentatione,
vt tunc non in terram sed sibi
sum versus cælum respiceret,
& tunc Deum illum adiutu-
rum asserebat.

Quarum armorum ge-
nus est, magna fiducia in Deū
fore, vt is, quemadmodum
nobis mandat, vt oremus, etiā
nobis vires, & auxilium præ-
beat, quo id ipsum præstare
possimus, & diabolo nos ten-
tanti resistere, hac fiducia ar-
mati cum Propheta dicere de-
bemus diabolo, & Angelis
eius : Declinate à me maligni, Ps. 118
& scrutabor mandata Dei mei.

De modo orandi,
& alibi: venite exultemus
Domino, & ploremus ante
Dominum, qui fecit nos, &
in terram nos ad pedes Do-
mini proiiciemus, ut liberet
nos ab illa tentatione.

Quintum remedium est,
ut quando in oratione dista-
cti sumus, nec eam deuotio-
nem, vel attentionem habe-
mus, quam cuperemus, saltē
desideremus eam habere, &
instanter petamus, ut eam ac-
cipiamus, Deus enim nor-
minus bona voluntate, san-
ctoque desiderio, quam re-
ipsa, subinde lætatur.

Iuvat etiam plurimum ad
vincen-

vincendas distractiones, & ne
gligentias in oratione, ut fre-
quenter inter nos met ipsos,
tanquam boni mercatores ra-
tionem incamus, ac peruesti-
gemus, quomodò negotia sa-
lutis nostræ succedant, quam
rationem Deo de singulis red-
dere posimus, quod si patū
nos profecisse viderimus, pro-
ponamus in posterum maio-
tem adhibere diligentiam.
Alij vero repræsentant se co-
tām Deo, tanquam pueros in-
firmos, & plenos plagis, ac
vulneribus, petuntque subsi-
dium, sanitatem, & eleemo-
synam.

Expedit

De modo orandi,

Expedit quoque cogitate, nos versari inter Angelorum choros, eodemque modo nos Deum laudare, quo ipsi id præstant, ideoque ex toto corde dicamus: cum' qui bus & nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus, Sanctus Sanctus; addentes, quod faciunt isti id & nos facere cupimus, nempé eodē modo te amare, benedicere, & prædicare.

Prodest præterea instruētum esse multis punctis, vt si meditatio in uno non succedat bene, sumatur aliud.

Nec

Nec ob tentatione, qualicū
que ea sit, animum dei jcere
debemus, imò potius nobis
persuadere, fore ut resistendo
illi, magnum nobis acquirā-
mus meritum. In vītis Patrū
lib. 3. n. 104. narratur de sene
per decē annos tentato, quod
cum fere desperaret, & de
redeundo ad seculum cogi-
taret, audiuerit vocem dicen-
tem: decem isti anni quibus
certasti, erunt tuæ corone, re-
uertere ad locum tuum, & ab
omni mala cogitatione liber
eris, & ita illi contigit.

Et si forte distractiones
ad eo vehementes forent ut
oratio-

De modo orandi,
orationem mentalem facere
non possemus, tunc saltem
aliqua vocalis oratio funden-
da est, ut non valentes corde
cum Deo loqui, saltem loqua-
mur ore, nulloque modo ora-
tionem intermittamus.

Notandum, quod nulla
harum distractionum Dcūm
offendat, nisi sit voluntaria:
si autem sit voluntaria, me-
retur punitionem, & Dei
offensam, & oratio ipsa caret
fructu dicente S. Chrysosto-
mo. Si non audis orationem tuā
quomodo vis Dominum audire
precem tuam?

Non debet tamen orans
prop.

propter distractiones facile
format scrupulos, quia aliâs
nunquam erit corde quiete,
& ad impossibile nitetur,
vel propter naturæ imbecillitatem,
vel phantasie turbationem, que nunquam quieti-
cet, sicut nec mare ventis ag-
tatum.

CAPVT XII.

De orationibus iaculatorijs,
seu tertio orationis
genere.

Q Via forte aliqui nō pos-
sent se se supradicto
modo

De modo orandi,
modo exercitare, aut ob capi-
tis debilitatem, aut ingenij ru-
ditatem, aut temporis defectū
ut nemo sit qui plane careat
hoc sancto exercitio', pone-
mus hic alium orandi, medi-
tandique modum magis fa-
cilem , quietit de præsentia
Dei per orationes iaculato-
rias.

Orationes iaculatoriæ sūt
breues orationes dictæ cum
magno animi affectu, & devo-
tione quotidie sèpius per mo-
dum aspirationis, responden-
tes respirationi corporis, posi-
to inter quamque exiguo té-
poris spatio.

Harum

Harum multa ~~dam~~ possunt
exempla, quæ tribus illis per
sonarum statibus, incipientiū
proficientium, & perfectorū
conueniant & seruant. Vt i
primò, ò Domine optarem
me nunquām te offendisse.
Secundò, condona mihi pec
cata mea. Tertio, vtinam te
amarem ex toto corde. Quar
to, vtinam tibi obēdirem ut
debeo. Quintò, Da mihi,
Domine, cor humiliatum, &
spiritum rectum, & similes su
mi possunt ex Scriptura sa
cta.

In tribulatione, & angu
stijs dici potest: Deus in adiuto
rium

De modo orandi,

rum meum intende, Domine ad
adiuuandum me festina. Sancte
Deus, sancte fortis, sancte
immortalis miserere nobis.

Hæ orationes faciles sunt
quia breues, & ab omnibus,
& in omni loco fieri possunt
cum attentione, & fervore
magno, & valde sunt efficac-
ces ad obtinendas à Deo gra-
tias, quia ut dicit S. Basilius.
Melius est orare pauca cum at-
tentione, quam sine illa. Nam
Deus non gaudet verborum multi-
tudine, nec ea vincitur, sed fervore
spiritus. Vnde & s. Paulus
maluit: Quinque verba suo sen-
su loqui, quam decem millia ver-
borum

borum in lingua.

Breuitas autem harum orationum compensari debet repetitione & frequentia earundē, ut sic obseretur id quod mandat Christus Dominus. **O**randum semper, & sine intermissione, & non deficiendum. Ec hæ sunt, reliquia cogitationis, quæ diem festum agent Deo. S. Chrysostomus dicit nos omni hora debere offerre Deo vnam ex istis orationibus, ut orandi cursus cursum diei æquet. Adeo ut quoties auditur horologium, deberemus dicere ad Deum conuersis. **C**onserva me Deus in hac hora,

K

aut

de modo orandi,

aut semel salutationem ange-
licam, aut aliam similem ora-
tionem, quo medio sancti
veteres magnam consecuti
sunt perfectionem, & sancti-
tatem. Vnde & S. Augusti-
nus approbat consuetudinem
quorumdam fratum in Æ-
gypto degentiū, qui crebras
quidem, sed breuissimas ha-
bebant otationes, quas velut
iacula feruentissime emitte-
bant, ac subito. Ne scilicet
per productiores moras eu-
nesceret deuotio, ac pariter
intentio, ac propterea sicut in-
tentio non est obruenda, nec
vis inferenda, si perdurare nō
potest,

& meditandi.

Z. c.

poteſt, ita nec citō abrumpen-
da, ſi durare potuerit.

CAPVT XIII.

*De praefentia Dei, & utili-
tate huius exercitij.*

Quartite Dominum, &
confirmamini, quaerite
faciem eius semper. Dicit S.
Augustinus: Quærere faciem
Domini, eſſe coram Deo, & in eius
praefentia versari. Et S. Bona-
uentura dicit: Quod frequentia
re hoc exercitium praefentiae Dei,
ſit initium beatitudinis, quae in
visione Dei conſiftit.

k. 2.

Cum

De modo orandi

Cum nobis in hac vita nō
sit permīssū clare videre Deū,
p̄oocurare debemus, vt saltē
eum videamus eo modo, quo
possumus pro fragilitate no-
stra, eum amemus, & reuerē-
tiam ipsi exhibeamus, & ita
nos semper geramus coram
ipso inuisibiliter præsenti, ac
si eum clare oculis nostris no-
bis astantem videremus.

In hoc exercitio se exerce-
bat propheta Dauid ipsomet
teste: Prouidebam Dominum in
conspictu meo semper, quoniam à
dextri se est mihi ne commouear.
Et merito amplexatus erat
hoc exercitium, quia id solū
sufficit

sufficit ad faciendum honestum
nem compositum, & in actionibus suis prouidum. Si enim
famulus in conspectu domini
sui temporalis comparitu-
sus, se comit, ac polit, veste-
que suas bene aptat ; ne qua
dissolutione, aut alia re ipsu-
m offendat, quid non facere de-
bet homo in praesentia Domini
sui aeterni, cuius sola memo-
ria tremefacit, & peccandi ar-
dorem extinguit.

Contra vero tantorum pec-
catorum, quae in mundo co-
mittuntur, origo non aliunde
procedit, quam ex eo quod
Deus non statuatur praesens
K 3 adesse

de modo orandi,
adesse, & omnia videre. Unde merito S. Basilius dicit recordationem præsentia Dei medium esse efficacissimum, ad tentationes omnes, peccata dique pericula superanda, & ad virtutes acquirendas.

Deus volens Abrahamum facere perfectum, hoc ei dedit medium dicens: Ambula coram me, & esto perfectus.. q. d. semper me tibi præsentē statue & eris perfectus. Nam hic modus imperatiuus pro futuro usurpatur.

*Prætereà uti Deus nunquā
I. 49. nostri obliuiscitur, ita & nos
nunquam oculos nostros ab
eo*

eo auertere debeamus dicenta
 Psalmista: Oculi mei semper ad Ps. 24.
 Dominum. Et S. Greg. Nazian.
 quod non tam s̄ep̄e respitā-
 re debeamus, quam Dei me-
 minisse. Ex quibus colligitur
 quam hoc exercitium neces-
 satum sit ijs, qui vitam profi-
 tentur spiritualem.

C A P V T XIV.

*Qua in re consistat hoc
 exercitium.*

Consistit in duabus opera-
 tionibus una intellectus
 altera voluntatis: ab intelle-
 k 4 stu

De modo orandi

*Quia requiritur, ut consideret
Deum ubique & in omnire, &
qualibet eius parte esse, totū
quē mundum implere. Pleni
sunt cæli, & terra gloria tua.
Hic exercenda fides, ut id ip-
sum credatur, quia ut dicit S.
Paulus : Non longe est ab uno
quoque nostrum, in ipso enim vi-
vimus, mouemur, & sumus. Et
S. Augustinus in libris confes-
sionum dicit : Quarebam extra
me quod habebam intra me.*

*Et si ipse non esset rebus
omnibus præsens eas conser-
uans, subito redigerentur in
tumultum. Nam in manu eius
omnes fines terra. Dant aliqui
simi*

similitudinem ad rudem no-
strum intellectum accommo-
datam, & se ipsos in medio
infiniti huius maris, quod est
Deus, constitutos, ab eo que
circumdatos imaginantur, eo
modo quo foret spongia pro-
iecta in mare, plena aquis,
& quasi ab ipsis absorpta. Et li-
cet haec, aliæque similitudines
similes multum claudcent,
ut dici solet; tamen proposi-
to nostro deseruiunt, & no-
strum intellectum adiuuant.

Notandum est quod ali-
qui in hoc exercitio imaginem
tunc Christum sibi ad latus
astare, & omnia quæ faciunt
videre,

de modo orandi,

videre, siue tanquam cruci afixum, aut columnæ alligatum, aut in præsepio collocatum, siue in forma, qua in hoc mundo fuit conuersatus.

Et licet hæc imaginatio quibusdam sanctis bene successerit; periculosa est tamen, eo quod capitis infirmitatem facile inducat, & aliquando contingere potest, ut die uno perdere faciat quicquid toto anno fuerit acquisitum.

Verum præsentia Dei, de qua hic excludit illas imaginations subtilem, nam agimus de præsentia Dei, quatenus Dei, quem in omni loco præsen-

præsentem credere debemus
& hac de re eliciendus est ac-
tus fidei, vti s. Paulus dicit
de Moyse. *Inuisibilem tamq;* Heb. 11

videns sustinuit. Et facete o-
pottet instar amici loquentis
noctu in tenebris cum altero
amico, & non interrogantis,
quomodo is alter sit constitu-

tus, aut se se habeat. Hinc

Deus volens loqui cum MoyExod. 3
si, in nube obscura, & tene-
brosa apparuit, nec voluit vi-
deri ab ipso: sic & tu credere
debes Deum præsentem, & si
eum non videoas. Ad secundā
verō operationem, quæ est vo-
luntatis, in qua præcipue cō-
sistit

De modo erandi
sistit virtus, & efficacia huius
exercitij, spectat cor ferventi-
bus quibusdam inflammare
desiderijs, quibus anima fla-
gret vnitum cum Deo perfectæ
charitatis vinculo, qualia sūt
viua quædam suspitia ex imis
visceribus educata, quibus ani-
ma ad Deum accutrat, ipsumq;
interpellet. Et haec à Sanctis vo-
catur aspirationes, & per ora-
tiones iaculatorias, quæ quasi
ignitæ quædam sagittæ è cor-
de excent ad Deum directæ, de-
clarantur, de quibus suprà.

Summa praxis huius exer-
cicij consistit in hoc, ut siue
quis comedat, siue bibat, siue
se

se vestibus iuduat, siue exuat,
 siue exeat, siue intret domū, si
 ue oret, siue laboret, semper
 laudet, & gratias agat Deo;
 nunc cælum respiciens, nunc
 piam aliquam imaginem, nūc
 se Deo offerens, eiq; gratias
 pro beneficijs præstitis agēs,
 aut de peccatis commissis ve
 niam petens. Quæ si fecerit
 cum magna facilitate multū
 in via spirituali proficiet, &
 præcepto de semper & sine
 intermissione orando, & non
 deficiendo, etiam hoc modo
 faciet satis. Et in hoc exerci
 tio etiam infirmi sine ullam
 turbatione se exercere pos
 sunt

De modo orandi,

sunt. Facit etiam hoc exerci-
tium ad functiones nostras,
muniaque recte obeunda;
quia si considerauerimus nos
Deum habere præsentem, ab
eoque nos secundum opera
nostra iudicandos, non aude-
bimus in ijs defectus com-
mittere, aut etiam perpetra-
re Opera autem nostra quo-
tidiana sunt dicere officium,
examineate conscientiam, di-
cere, vel audire Missam, quæ
omnia bene faciemus si Deū
nobis præsentem in ijs sem-
per statuerimus.

Merito dicit magnus qui-
dam Doctor, quod qui dili-
genter

genter hoc exercitium si quē
tauerit, adiunctis prædictis
affectionibus, & desiderijs, brevi
eum frumentum percepturus sit
vt se, suumq; cor plane muta-
tum, à mundo auersum, & ad
Deum conuersum sentiat.
Quod faxit Deus, benedictus
in secula.

Vt hæc sancta cogitata ex
ecurioni mandentur deberet
P. Prouincialis deputate virū
grauem, qui quotidie post
horas matutinas, per horæ spa-
tium nouitios iñ ijs exiceret:
deinde mandare, vt bis quali-
bet septimana à nouitijs cotá.
suo magistro fieret conferen-
tia.

de modo orandi,
tia ad examinandum progres-
sum in ijs factum à tempore
ultimæ conferentiaz.

Expediret etiam ut quis-
que nouitiorum haberet li-
brum Ludouici Granatensis;
qui dux peccatorum inscribi-
tur, aut alium similem, ex quo
meditationis puncta sumerent
quoadvisque bene sint instru-
eti, ut ea communia, & eadē
sint omnibus, quia si circa
easdem res meditentur facile
postea in conferentia videbi-
tur, quem quisque inde fru-
ctum colligat.

Demum curare deberet P.
Prouincialis, ut oratio, seu
medita-

meditatio fieret à Religiosis
 in vnum locum congregatis
 propter faciliorem exauditio-
 nem dicente Christo : si duo Mat. 18
 ex vobis consenserint super ter-
 ram de omni re, quamcumq; pe-
 tierint, fiet illis à patre meo, Vbi
 enim sunt duo, vel tres congrega-
 ti in nomine meo, ibi sum in me-
 rito eorum Iste autem locus de-
 beret esse Ecclesia, quia illa
 est domus orationis, in ea faci-
 lius cæteris paribus exaudiun-
 tur preces, teste Salomone,
 qui id Deum pollicitum alle-
 tit hilce verbis. Aperias oculos ^{2. Par.}
 illos super domum istam, & su ^{c. 6.}
 per locum istum, in quo pollicitus

de modo orandi,
es, ut inuocaretur nomen tuum,
& audires orationem, quam ser-
nus tuus orat in eo. Deniq; in
Ecclesia magis accenditur de-
uotio tum ob loci sanctitatē,
tum etiam ob præsentiam sā-
cissimi Sacraimenti, & San-
ctorum Angelorum, qui con-
stituti sunt super muros Ieru-
salem custodes, & tota die, ac
nocte in perpetuum nō tace-
bunt, scilicet laudare nomen
Domini benedictum in secu-
la. Amen.

Quoniam autem ad recte
meditandum, aut orandum
plurimum iuuat bene cōmu-
nicare, aut Missam legere, vel
audire,

audire, puncta quædam hic
subijsciemus, quibus eominu-
nicaturus, Missamue recitatu
rus, vel auditurus immorari de-
beas, ut rite sacra illa munia
obeas.

CAPVT XV.

*Quid communicaturus mis-
samue lectorius, vel audi-
turus facere debeas.*

Primum dirige vota tua,
& desiderium ad Deum,
& vide quibus affectionibus
& desiderijs trahi debeas ad
sacra mysteria celebranda.

Te trahere debet deside-
rium

*De modo orandi
tum, conscientiam tuam à
peccatis expurgandi, nam per
hoc sacrificium, quasi per ho-
stiam expiationis peccata pur-
gantur.*

II. *Pressura alicuius tribula-
tionis, ut ab ea libereris.*

III. *Infirmitatis tuæ intuitus,
& consideratio, ut eam quasi
medicinam ad te voces, per
quam ab omni infirmitate ci-
tius libereris, ac protegaris.*

IV. *Desiderium alicuius gra-
tiæ, vel spiritualis beneficij im-
petrandi, ut per eum, cui pa-
ter nihil negare potest, obti-
neas:*

V. *Gratiarum actio pro om-
nibus.*

& meditandi. 83

nibus beneficijs temporalibus, ac spiritualibus tibi, & aliis impensis, cum nihil habeamus Deo retribuere pro omnibus, quæ tribuit nobis præter quam calicem salutatis accipere, & sacrificare hostiam laudis, id est Iesum Christum.

Charitas, & compassio proximorum, nam pro salute viuorum, & requie defunctorum nihil efficacius interpellat, quam Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum.

Dei, & sanctorum laus, cū nihil habeamus, aut facere valamus, quo possimus Domini, & sanctos pro sua dignitate

*de modo orandi,
laudare, nisi Christum sacra-
mentaliter Deo patri offerre,
& immolare.*

VII..

*Dei amor, & dilectio , vt
cam invites ad te per inuisce-
rationem spiritualis refectio-
nis in te ipso.*

IX.

*Sitis, ac desiderium augen-
dæ gratiæ, quia hoc sacra-
mentum continet fontem gratia-
rum.*

X.

*Ardor, & suspirium , quo
cupias totis visceribus virtut-
re huius sacramenti ab om-
ni inquinamento carnis. &
spiritus mundari,& ab omni-
bus periculis , & tentationi-
bus erui, ac liberari.*

SALV.

SALVATATIO FA-
cienda frequenter in di-
uino Eucharistia Sa-
cramento.

Potes adorate Dominum
Iesum Christum recitan-
do septies orationem domini-
nicam, & salutationem ange-
licam in honorem septem ef-
fusionum sanguinis Domini
nostri hoc modo.

In honorem sanguinis effu-
si in circumcisione petitur do-
num sapientiae, & virtus casti-
tatis,

De modo orandi

II.

In honorem sanguinis effusum in horto, petes donum intellectus, & virtutem abstinentiae.

III.

In honorem sanguinis effusum in columna petes donum scientiae, & virtutem charitatis.

IV.

In honorem sanguinis effusum in coronatione spinarum petes donum timoris, & virtutem humilitatis.

V.

In honorem sanguinis effusum in fixura manuum, petes donum tonsilij, & virtutem misericordiae.

VI.

In honorem sanguinis effusum in fixura pedum, petes donum fortitudinis, & virtutem

tem p^{re}seuerentia^e.

In honorem sanguinis ef- VII.
fusi in vulnere lateris , petes
donum pietatis, & virtutem
patientiae.

Non erit tibi difficile inter
diū aliqua ex istis in tentatio
nibus facere, quod si hoc præ
termittas ; accutres tamen
quando petes ad S sacramē
tum. Rex est enim infinite
benignus, & miserationū Do
minus, qui se honorantes ex
altat, quærentes admittit,
bona postulantes,
vacuos non di
mittit.

de modo orandi,

M E D I T A T I O

*de communione spirituali,
qua seruit etiam pro præpa-
ratione ad communionem
sacramentalem; ad adoratio-
nem S. Sacramenti, & ad
sanctissimum Missæ sa-
crificium cum fructu
audiendum.*



Onsidera , quòd
spiritualis cōmu-
nio , est exercitii
quoddam actuum
inter-

internorum, quibus etiam si-
ne Sacramenti reali suscep-
tione fructus Sacramenti, qui
est vnio cum Christo, perci-
pitur.

Fieri autem debet infra
scripto modo ad imitationē
sacerdotis celebrantis : nam
sicut ille offerit sacrificium, &
accipit Sacramentum, ita &
ego in primis offeram sacri-
ficium Missæ pro gratiarum
actione pro omnibus mihi
collatis beneficijs, & in pecca-
tum meorum remissionem,
aut profidelibus defunctis,
ut à Deo illis veniam impe-
trem. Deinde Sacramentum
spiri

de modo orandi,
tu: liter suscipiam ardenti de-
siderio Christum Dominum
comedendi, & vitam æternā
consequendi, qui enim man-
ducat meam carnem, & bi-
bit meum sanguinem in me
manet, & ego in illo, & ha-
bet vitam æternam, sicit Do-
minus.

Actus autem virtutū theo-
logicarum exercere debet hoc
modo.

Pro actu fidei dicere de-
bes Deo: Scio Domine tibi
non defuisse sapientiam ad
inueniendum medium pro
spirituali animæ nostre refe-
ctione: nec bonitatem ad d-
volen-

volendum, nec potentiam ad id exequendum, ideo maiori certitudine credo. adesse corpus, & animam, & Christi diuinitatem, quam si oculis cernerem; & quemadmodum in cælesti regno clara suæ diuinitatis visione, ita in terra replet in bonis desiderium nostrum cum hoc Sacramento visione veræ fidei.

Deinde excita te ipsum hoc modo, ac dic:

Credo, Domine summissime in hoc Sacramento sanctissimæ Eucharistiae sub velamine accidentium contineri, Iesum Christum Dominum meum,

De modo orandi
meum,vnā cum corpore , &
anima, sanguine, & diuinita
te sua.

Credo illic præsentem esse
Dei filium viuum, infinitum
æternum, immensum, omni-
potentem, sapientem, sanctū,
atque adeō ipsam sapientiam
& sanctitatem.

Credo illic adesse Saluato
rem, magistrum, patrem, indi-
cem, & glorificatorem meū,
qui pro me in stabulo natus,
flagellis durissime cæsus, spi-
niscoronatus, & cruci affixus.

O Rex meus, & Deus me⁹
quanuis te non clare videā,
tamen mihi satis est, quod
certò

certò credam te hic reuera
præsentem esse, ac proindé te
adoro, te glorifico, non secus
ac si palàm absque velamine
te intuerer.

Gaudeo , quod te præsen
tem habeam, & gratias ago,
quod mecum esse non dedig
teris; excita fidem mēam , ut
semper tecū manere possim.

Orabis postea.

V Erbum diuinum in si
nu Patris summi habi
tans, quare in angustissimum,
viliissimi homoncionissimum
te

De modo orandi,
te dimittis. O Rex gloriæ,
qui super omnes cælos in thro-
no maiestatis tuæ infinitus re-
sides, ita ne te humilias? ut su-
prà terram in loco maximæ
abiectionis, & humilitatis
considerere velis? Infinita cha-
ritas, quæ tantæ humilia-
tionis causa fuit; ut me exal-
tares, & ad diligendū te pio-
uocares, ipsa me trahat, & co-
gar, ut pro tanto amore, quo
me prosequeris, ego te reda-
men, me demittam, & humi-
liem pro te, sicuti tu te humili-
asti, & demisisti pro me.

Post hæc actum sp̄ti exer-
cebūt; hoc modo.

In.

Inhæreas firmiter immensæ
 Dei sapientiæ, bonitati, om-
 nipotentiæ, ac fidelitati, quæ
 sua promissa compleat, tunc
 dices Domine, qui promisi sti
 digne sumentibus hoc Sacra-
 mentum, & panem hunc vi-
 um comedentibus quod
 nunquam morientur, im-
 mortaliter te in me, & me
 in te permansurum confido,
 ideoque concede, ut dignè
 illud sumere valeam, ut tuo-
 rum promissorum particeps
 esse queam. Hoc spero, & cō-
 fido de pietate diuinæ maie-
 statis tuæ.

De modo orandi.

Aspiratio ad Deum.

O panis vitæ vehementer
desidero suscipere te,
magna fœtus fiducia; quod
spiritum meum sis vivificau-
rus, cor meum reboraturus,
animam meam lætificaturus,
potentias meas confortatu-
rus, meque in alium hominem
comitatus.

O Saluator dulcissime hac
aduiciam in rore adauge, ut
tuorum promissionum dignus
efficiar.

Aliquando etiam cum certior-

turione dicam: Domine non sum dignus.

Non nunquam dicam intra me: Si aspectus serpenti ænei sanabat infirmos à serpentibus vulneratos, quanto magis si te viua fide intuitus fuero, & tu me respexeris, ab omnibus meis ærumnis, ac miserijs liber ero?

Vltetius addam cum famina fluxum sanguinis patiente. Si tetigero tantum similitudinem vestimenti eius, saluus ero. Dicam aliquando, si umbra Petri sanabat infirmos, quanto magis umbra huius sancti sacramenti sanabit animos.

De modo orandi,
mam meam ægrotam ab omni spirituali infirmitate?

Hac fatus fiducia Missæ sacrificio interesse volo, & sacram hostiam vna cum facto calice intuebor; nam magna fides magna impetrat, & quo magis confidenter dilatatur affectus, eo amplius à diuina misericordia impetramus.

Aetum charitatis hoc modo potes exercere.

Agete Deo gratias , & gaudere de benignitate

te, charitate, omnipotentia,
 & liberalitate Christi, quæ in
 hoc conuiuio maxime elu-
 cet; lætaborquè, quod tam
 ardenter ab eo me amari au-
 dio, ut se mihi tribuat in ci-
 bum. Ardenti etiam cupiditi-
 tate flagrabo, ut omnes eum
 cognoscant, diligant, & ve-
 nerentur in hoc sacratissimo
 Sacramento, ac me illi totum
 offeram, profiteborque om-
 nibus me nihil velle, aut nol-
 le, nisi, quod suæ diuinæ
 maiestati placitum
 esse sciam.

De modo orandi,

Aspiratio.

CUm hoc sanctissimum Sacramentum sit praestantissimum beneficium, & donum liberalitatis diuinæ, summam quoque in nobis requirit, quæ fuit possibilis, nimæ gratitudinem.

Pro excitanda vero efficaciori deuotione fides est excitanda, & Dei præsentia oculos ponenda, & ubi Rex, ibi aula regia, & Angelotum chori, inter quos ego assistens cordis affectu prostratus profumperam

rumpam in illa verba : Exi
à me Domine, quia peccator
egosum; vel cum sancta Elis
sabotha: vnde hoc mihi, quod
veniat Dominus meus ad me?
vel cum propheta dicā; quid
est homo, quod memori es
eius, &c. Aliquando cū Ange
lis dicā, Sanctus, Sanctus, San
ctus, &c. Aliquando recitabo
canitū puerorum. Benedi
cite omnia viam opera, &c.

Ad cuius imitationem ali
quando ad laudes invitabo
choros Angelorum, Patriar
charum, Prophetarum, Apo
stolorum, Euangelistarum,
Mariyrum, Doctorum, Pon

De modo orandi,
ficum, Confessorum, Sacerdo-
tum, Leuitarum. Virginum,
ac Viduarum, omniisque
Sanctorum, & Sanctarum in
hunc modum.

Benedicant te Dominé
omnes Angeli, Archangeli,
& Throni, Principatus lau-
dent, & glorifcent te in se-
cula. Benedicant te Cheru-
bini, Seraphini, &c.

Aliquando animam inui-
tabis ad laudandum cum
Propheta. Benedic anima
mea Dominum, &c.


Deinde pete aliquam gra-
tiam ab eo, quem suscepisti
hospicio, & dices : Ecce quā
gratia -

grauibus animæ perturbatio-
nibus sum pressus, superbiæ,
iræ, luxuriæ.

Dicas ad me, quod Zachæo
olim dixisti. Hodie huic do-
mui salus facta est.

Offeras postea Deo cor tuū
& animam, ita ut non tibi,
sed Deo viuat, & dicere pos-
sit: Vito ego, iam non ego,
vivit in me Christus.

L A V S D E O.



EM LISBOA.
Por Pedro Craes
beeck Impressor
del Rey. Anno
1624.

Yesterdays
John Bell Gandy
and his wife
Lillian
are the
subject

















6